Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-360645-p0001-2

60 Schw.

G. o. 119, 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-360645-p0002-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-360645-p0003-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-360645-p0004-9

TRACTATUS

# HISTORICO-POLITICI,

QUIBUS

VERA SACRI: ROMANI JMPERII PRÆSENTIUM

PER EVROPAM

BELLORUM HISTORIARUM

Et virium noviſſimorum

compendioſa cognitio, omnibus Arcanorum & Advocatiæ: Amatoribus maximè neceſſaria deducitur.

*Cum Summario Materiarum ſequenti pagina.*




COLONIÆ,

Sumptibus JOAN: ANTONII KINCHII,

ANNO 1657.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-360645-p0005-4

# JURIS SUMMARIUM, CAMERALIS CONFORMATUM

## Inſtrumento Pacis, & noviſſimo receſſui de anno 1654.

### *Mandata Procuratoria.*

PRimo debent produci termino O. C. *p.* 3. *t* 12. §. *vnd ſollen bey der Dep.* 1600. §. *vvenigers nit*, idque confirmatum legimus in noviſſimo Receſſu *de anno* 1654 §. *ſo dan ſollen*, aut deficiente mandato cautio de rato offerri debet, quæ cautio ſolum locum habet uſque ad conteſtationem litis, poſtquam mandatum & ratificationem Procuratores impetrare tenentur, O. C. *de an.* 1507. *ſub tit. VVie ſich procuratores* ibi, *in dem die procuratores* O. C. *p.* 1. *t.* 21. §. 2. Cum originalibus ſignatiſque copiis etiam exempla ſimul adverſario tradenda proferre debent, *R.* 66. §. *da in einiger.* Generalia mandata habentes in cauſis pendentibus agere compelluntur *R.* 66. §. *vnd die vvoil etliche*, niſi res ſpeciale mandatum requirat, utpote alienatio, *c.* 58. *de procur. in.* 6. juramenti calumniæ præſtatio *c. fin. de jur. calum. in* 6. juramenti delatio *C.* 4. *de procur. in* 6. poteſtas ſubſtituendi, & ſubſtitutum revocandi, *c* 3. *d* 1. *R. de an.* 66. §. *ſo ſetzen vnnd ordnen vvir.* con-

trahendum matrimonium *c.fin.d.t.* articulus exe-
cutionis tam in agendo quam in defendendo, *Dep.*
1600.§.*als auch in*, petitio dilationis quartæ, *R.de*
*ann.*80.§.*zur reſolution*, jusjurandum æſtimationis
in cauſsis pignorationis *R. de ann.*85.§.*beym zvvey-*
*ten.* prorogatio juriſdictionis *c.*32.*de off.deleg.* Quid
mandata procuratoria continere debeant, vide in
*Ord.Not.de an.*1512.ſub tit.*von Anvvalden Setzung.*
Debent non ad unum actum ſed ad totam cauſſam
concipi, O.C.*p.*3 *t.*12.§.*ſo viel dann*, idque confir-
matum eſt in noviſſimo Receſſu *de an.* 1654.§.*ſex-*
*to quia in notabilem* 95.*vnd demnach Sexto.* ita ut pro-
curatori tam actoris quam rei vices in mandato
committi debeant, & convenit cum jure canoni-
co in *c.*12.*de procur* ſi mandata inepta ſunt, arbi-
trariæ pœnæ locus eſt *Viſ de ann.*60.§.*als dann auch*
*R.de an.*1654.§.*vnnd demnach.*95.*ſexto quia in.* Ex
jure civili & canonico hoc receptum eſt, quod, ut
ſupra diximus de ſubſtituendo procurator procu-
ratorem conſtituere non poſſit ante litis conteſta-
tionem, niſi ſpeciale mandatum habeat *VVurmſer.*
1.*pract.* 5.*obſerv.*14.*per l.*8 *C.de procur.c.*1 ibi, *licet*
*autem de procur.in* 6. Debent etiam mandata pro-
curatoria de neceſſitate in hæredes concipi, ne
nova citatione ad reaſſumendam litem ad lites re-
tardentur. *R.de an* 1654.§. *damit auch zum vierdten*
93.*ad cavendam.* ut & ſubſtitutio in mandato, in
caſu mortis, in alium procuratorem fieri debet, §.
*Als auch vveiter* 94.*cum & quinto.*

## Citatio.

OMni citationi debet inſeri cauſſa, quo cita-
tus paratus comparere poſſit, etſi plures ci-
tantur, una omnibus dies præfigitor, totidemque
nuncio exempla per Prothonotarium vidimata
citandis inſinuanda traduntur, una cum originali
reproducendo. O.C.*p.*3.*t.*12.§. *vnd ſollen in ſolcher*
*Ladu g*, §. *als auch nach brauch.R.I.de ann.*1654.§.
*Dieſem*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-360645-p0008-1

*Dieſem nechſt nun beym dritten Haupt Puncten* 28. *in tertio puncto pr.* Citationem antehac ſequebatur libelli oblatio ex *auth. offeratur C. de lit. conteſt.* ſed ex noviſſimo Receſſu *de an.* 1654. §. *Dieſem nechſt* 28. *in tertio puncto. circa fin.* receptum eſt, ut libellus ſemper citationi inſeratur, ſine quo etiam nulla decernitur citatio. *R. I. de an.* 1654. *d.* §. in citatione etiam ex lege diffamari in Camera non ſolum diffamantes denominari, verum & diffamatio probativè doceri debet, *R. de anno* 1654. *CammerRichter, Præſidenten, &c.* 77. *Cameralis Iudex, Præſides &c.*

## Contumacia.

Committitur, ſi vel actor vel reus in primo termino non comparuerit. Si citatus primo termino non comparuit, proclamate petito actor in contumaciam procedere poteſt, *O. C. p.* 3. *ti.* 12. §. *vvurde dann,* ex iure Camerali, proclamate decreto poſt tres juridicas, vel ad bannum vel admiſſionem ex primo decreto procedere potuit, vel ſi his viis relictis in cauſſa principali procedere maluit, proclamate petito & effluxis tribus juridicis lis pro conteſta habita fuit, & uſque ad proximam articulandi tempus habuit, vel in continenti libellum loco articulorum produxit, ſeque ad demonſtrationem admitti illo termino petiit. *O. C p.* 3. *t.* 43. Ubi viam banni elegit, contumacem denuo proſcriptionis, excuſationiſve cauſſa citare debuit, quo emanente tribus juridicis effluxis banni declaratio ſubſequebatur, qua decreta liberum erat actori omnia banniti bona judici detegere cum declaratione loci, ubi ſita erant, cum petitione ſe in illa bona immitti, & illa banni pœna poterat per tranſactionem in pœnam pecuniariam verti *d. t.* §. 2. *&* 3. & juxta jus canonicum in perſonali actione in contumacem eccleſiaſtica ſententia proferri potuit, ita videlicet, quod alterutra dictarum pœnarum ſit contentus,

ad alteram nihilominus etiam proceſſurus, ſi hoc
promeruit protervitas contumacis. Ubi miſſio in
bonorum poſſeſſionem contumacis petitur, hæc
in jure canonico datur differentia, aut actione
reali aut perſonali quis convenitur, in actione rea-
li, mittendus eſt author in rei petitæ poſſeſſio-
nem, contumax ſi intra annum venit, exhibita
cautione & refuſis expenſis recuperat amiſſam
poſſeſſionem, ſin minus actor verus rei poſſeſſor
conſtituitur: in actione perſonali mittitur in poſ-
ſeſſionem rerum vel mobilium contumacis vel
immobilium, ſi forte mobilia non habeat, pro
modo debiti, eodem obſervato circa annum,
quod ſupra de actione reali annotavimus, *c.5, ibi,*
*in aliis vero caſibus, ut lit. non conteſt.* uterque dictus
modus tam petendi bonorum poſſeſſionem, quam
procedendi ad pœnam banni abrogatus eſt, ſolo
relicto poſteriori modo qui in O. *C.p.3.t.43.§.*
*VVo aber der Klager* per *R. I. de ann.* 1654. *vvurde*
*hierauff* 30. *citato cui Iudex &c.* Citatorum compa-
rente, proclama ipſo citationis termino petitur,
atque intra proximos inde ſex menſes in contu-
maciam proceditur, *Dep.*1600. *§. ſo auff die.* ſex illæ
juridicæ non proclamati decernendo, ſed eo de-
creto proceſſui in contumaciam inſtituendo
præſcriptæ intelliguntur *Dep. d. §. es iſt auch dis,*
quod iridem confirmatur in *R.I. de anno* 1654. *§.*
*vvürde hierauff* 30. *citato cui Iudex.* Terminus intra
quem citatus comparere debet pro diſtantia loci
& circumſtantia tàm perſonarum quam rerum
pro arbitrio judicis ponitur, ita tamen 60. dies a
judice reſtringi non poſſit, ex noviſſimo Receſſu
*de an.*1654. *§. vvürde hierrauff citato cui Iudex* 30. ex
jure civili reus poſt libellũ oblatũ ſemper habuit
viginti dierum inducias *auth. offeratur C. de lit. con-*
*teſt.* Ubi actor in primo termino non comparet,
Reus proclama petit, in contumaciam procedit,
& lapſis tribus juridicis à proclamate decreto
computandis, ab inſtantia abſolutionem petit *O.p.*
*3.t.12.*

3.*t*.12. §.13.*t*.42 §.1. *R.I.de an*.1654.§. *da auch vvegend des Beklagten ob rei contumaciam* 38. & poſt litis conteſtationem contumax habetur pro confeſſo, adeoque ſemper contra illum judicari in cauſſa principali debet, *O.C.d.t*.42.§.*fin*. in quo correſpondet cum jure canonico in *c*.2.*de confeſſ.in* 6. Dies qui computantur in juridicis ſunt continui *Dep*.1600.§. *Gleicher maſſen ob die ſechs Gerichts-Tag*.

## Libellus.

Fuit vel ſummarius, aut articulatus ex O.C.*p*.3. *t*.12.§.*Zum andern, ſo viel die Klag*, ex noviſſimo verò Receſſu omnis libellus debet eſſe ſummarius & quidem clarus & diſtinctus, §. *Dieſem nechſt in tertio puncto* 28.ibi, *ſeine Klag nicht articuls vveis* 4.tam in prima inſtantia quam in appellatione, ita ut gravamina appellationis ſtatim cum ſupplicatione pro proceſſibus exhibeantur, *R*.1654. *zur Befœrtderung des Proces, ad celeritatem proc*. 58.

## Dilationes petuntur.

Coram deputatis O.C.*p*.3.*t*.11.§.*fin.R.I. de ann*. 1654.§.*VVere es dann quod ob arduit*. 32. & ubi prorogatio à reo petitur, præſtito juramento cauſſa prorogationis confirmari debet.§.*R.d.l*.dilatio in jure civili non niſi ſemel danda dicitur, *in l*.1.*C.de dilat*.ita ut ſi ex ea provincia, ubi lis agitur, documenta poſcantur, non amplius quam tres menſes indulgeantur, ex continentibus provinciis 6.menſes, ex tranſmarina Regione novem menſes *d.l*.In jure canonico tertia & quarta permittitur dilatio in *c*.15.&*c*.36.*x.de teſtib*.ita tamen ut tertia detur cauſſa cognita *l*.4.*C.de dilat*.quarta vero requirat ſolennitatem legalem *c*.36.*x.de teſtibus*, quæ ſolennitas conſiſtit in juramento & ſatisdatione, *anth.quod fieri non debet C.de dilat*. Se-

cunda & tertia ex jure Camerali niſi cauſſa cog-
nita non decernuntur, in quarta jus commune
locum habet. O.C. *p.3.t.16.§. VVas aber die Dep.*
*1600.§.ob vvolh*, hodie vero ex *noviſſimo Receſſu de*
*an. 1654.§. den punctum probationum betreffendt in*,
*puncto probat*: 44. illa ſolennitas, quam ex jure or-
dinationis Cameralis quarta requirebat, in tertia
requiritur. In dilationem quartam petituris pecu-
liare mandatum requirit. *R. de anno 80.§. zur Reſo-*
*lution*, quod hodie argumento d. receſſus propter
ſolennitatem legalem in tertia locum habere au-
tumo. Prorogatio prorogationum peti nequit,
*R de anno 1654.§.Zum Achten, octavo prorogationibus*
97. & videtur in hoc correctus *Receſſus de anno 94*
*§.ſolten ſich*, ubi prorogationes prorogationum
ex juſtis cauſſis peti permittuntur.

## *De foro competente.*

EXceptio declinatoria fori opponitur ante li-
tis conteſtationem *l.fin.C.de except.* & ex Re-
ceſſu Imperii *de anno 1594.§. VVuvvoll nun ſolche*,
ſola ſine exceptionibus peremptoriis debuit tra-
ctari, ex Receſſu vero *de anno 1570.§.Demnach ſol-*
*len die gevvonliche* una cum peremptoriis ante litis
conteſtationem & ſic tam dilator:æ quam perem-
ptoriæ ſimul & ſemel à reo opponi debent, ſu›
pœna præcluſi *R.I.de an.1654.§.es ſoll auch hinführo*
*acta cauſarum in 31.§.und hat der Beklagte.34. reus in*
*hoc pr.*

## *Exceptiones.*

DIlatorias vel ſolas proponendi vel ſimul
cauſſam principalem in eventum tractandi,
ſuo quiſque periculo facultatem liberam habet.
*Dep.1600.§.ob auch exceptiones, in noviſſino verò re-*
*ceſſu alleg.§. und hat der Beklagte reus in ho: primo 34.*
neceſſitas injungitur excipienti, ut tam dilato-
rias

rias quàm peremptorias exceptiones & quidem has in eventum ſimul conjungat, & hoc tam in ſimplici querela quàm appellationis inſtantia obſervatur, *d. R. §. VVann auch bey Ausbringung der Proces. 64. caſu quo una:*

## *Iuramentum calumniæ*

Ex jure civili debet in propria perſona præſtari in illa provincia, ubi quis degit ſub actorum teſtificatione, *l.12.§.4.C.de reb.cred.* ſicut & in cauſsis appellationum, ubi privilegia juramentum calumniæ requirunt ab appellante (exceptis ſolis illuſtribus) illud in perſona coram judice à quo præſtari debet, *R.de an.*1654.*§. Auch zum Sechſten adhæc ſexto ſi in* 111. ex jure canonico à procuratore in alterius animam præſtari poteſt *c.* 2. ibi, *procuratores quoque de juram. calum. in 6.* & in hoc correſpondet *Ord.Cam.p.*1 *t.*65. Procuratores autem ex jure Camerali non ſolum pro ſe ſed & in ſuorum principalium animas jurant, ut & illud in Advocatis præſtandum requiritur ex *Rec. de anno* 1654. *Vber dieſes verordnen wir præterea ſancimus* 37. Juramentum calumniæ ex jure civili non poteſt omitti, & omiſſum reddit judicium nullum, *l.*1. *C.de juram. calum.* ſecus in jure canonico *c.*1.ibi, *propter omiſſum, de juram.calum.in 6.* & præſtatur ex moderna conſuetudine ad petitionem judicis vel partis, *R.de an.*1654.*§.Vber dieſes verordnen. præterea ſancimus;* 37. Conſiliarii aulici tamen à regula illa præſtandi juramenti calumniæ in cauſis ſuorum Principalium excipiuntur, *R.de anno* 1654. *§. Vber dieſes verordnen.præterea ſancimus,* 37. Juramentum calumniæ differt à juramento malitiæ, quod illud poſt litem conteſtatam, hoc vero in quavis parte judicij præſtetur *c.*2.ibi, *in omnibus de juram. calum.in 6.* hæc differentia vero non reperitur in jure civili, & ex *noviſſimo receſſu §.vber dieſes verordnen, præterea ſancimus,* 37. juramentum calumniæ

etiam in quavis judicii parte præſtari poteſt, ibi *in VVelcherley Theil des Gerichts.*

### *Iuramentum Paupertatis.*

PRæſtatur poſt exhibitum à Magiſtratu ſuo ſufficiens documentum, *O.C.p.1.t.41. inprinc.* & ubi Magiſtratus ille difficulter adiri poteſt, & ſumma illa, in qua ſe appellans gravatum ſentit, ſummam capitalem 300. flor. non tranſcendit, impetrans autem jurare poteſt, ſe plus quam 2000.fl. in ſuis bonis non habere, etiam citra documentum Magiſtratus juranti proceſſus decerni debent, *R.de anno* 1654.§.*Auff da auch vmb geringe. & ne ob mediorum.* 108.

### *Articuli.*

PEremptoriales uno termino ſimul & ſemel, niſi quid poſtea de novo cognitū juramento probetur, eduntur. *O.C.p.3.t.27.§.fin.* Diſtinguuntur in jure Camerali, in probatoriales, eliſivos, peremptoriales, & additionales, qui omnes in antiquo jure Camerali permiſsi ſunt juxta, *O.C.p.3.t.15.§.1.* & inprimis in additionalibus hoc requirebatur, quod omnes ſuis numeris diſtingui debuerint, *O.C.p.3.t.14.§.vnd ſollen,* ſicut nec additionales additionalium producere liquit, *O C.p.3.t.14.§.pen.Dep.*1600.§.*Es ſollen auch,* ſed hodie ex *novißimo Receſſu de anno* 1654.§.*es ſoll auch hinfüro: acta cauſarum,* 31.articuli peremptoriales, eliſivi, additionales & ſimiles reprobati, ſoli vero probatoriales admiſsi ſunt. Articuli probatoriales ducuntur ex ſubſtantia libelli, & exhibentur ante nominationem commiſſariorum, reſpondetur ad illos, ſi factum proprium tangunt, per illud, *VVar nicht vvar,* & ſi de facto alieno, ſunt per vocabulum *glaub vvahr, glaubt nicht vvahr* excipitur. *R.I. de anno* 1654.§.*Zu vvelchem End.in quem finem.*

## Iuramentum dandorum & reſpondendorum.

POteſt omitti in judicio, ſed ad petitionem partis, vel judicis, debet exhibitis articulis pro illorum confirmatione ab utraque parte præſtari, hac adjuncta differentia, quod dictum juramentum non in omnes articulos, ſed in hos ſolum concipiatur, qui ex libello ducti, ut probatoriales, vim & ſubſtantiam quæſtionis tangunt. *R. de anno* 1654. §. *Dievveil aber auch die Beſcheinigung. cum autem probat*: 35. Juramentum hoc arbitrio judicis defertur. *Dep.* 1600. §. *es iſt auch.*

## Probatoria.

EX jure Camerali termino quinto producuntur, & illorum publicatio ad terminum ſextum rejicitur, *O.C.p.*3.*t.*17 & ex jure communi regulariter poſt litem conteſtatam locum inveniunt, niſi quod teſtes aliquando ante illam examinentur ad perpetuam rei memoriam, *c.* 5. *x. ut lit. non conſtet.* ſed noviſsimè receptum eſt, ut probatorialia ſtatim poſsint libello annecti, & ſic primo termino exhiberi, ad quæ reus in ſuis exceptionibus clarè & diſtinctè reſpondere tenetur, *R.I. de anno* 1654. §. *beneben bleibt einem jeden. adhæc actor pro*: 29. Si probatione opus non eſt, uno ſcripto concluditur, ſi ſecus illa ex *Ord. Camer.* termino quinto producebantur, *O.C.p.*3. *t*, 16. & illo fine eodem termino Commiſſarii petebantur, *d. l. ex noviſſimo receſſu* verò probatio producitur termino ſecundo & ſimul Commiſſarii petuntur, quod ſi verò reus prorogationem obtinuit, illud termino tertio expeditur, *R.I. de an.* 1654. §. *VVann nun der Beklagte reo contra lib.* 39. §. *Dahero vnd vvan das jenige. quod ſi reus*: 41.

## Commiſſarij.

REgulariter petuntur ad teſtes examinandos in qua petitione à petentibus, ſuper quibus articulis teſtes producturi ſint, exprimi debet, *R. Viſit.* 62. §.9. *die Procuratores.* Juſta etiam cauſſa commiſſionis à petentibus allegari debet, *R. de an.* 78.§.15. *Vnd die vveil die* nomina etiam Commiſſariorum in charta exhibentur *R.* 83.§. *auch bey Straff.* Item narrari debet, an petenti ſubiectione, miniſterio, vel alio quopiam modo coniuncti ſint, unde ſuſpicio oriri poſſit, quo caſu contra illos excipitur *R.* 78.§ *vnder andern iſt.* Excipitur autem in ſcriptis, non voce *R.* 57.§. *Item das ſie mündlich coram Deputatis R.* 53.§. *auch bey Straff* & illa exceptio ſtatim probari debet, ſub pœna ordinationis, *R.* 83.§. *auch vvieder die,* ſic Commiſſariorum facta rejectione, ſi unus exceptione maior eſt, ille ſolus creatur, *R.* 1600.§. *nachdem hiebevor,* quod eſt contra *c.* 16. *de offic. delegat.* & eodem iure, quando cauſſa duobus committitur, unus delegatus procedere non poteſt, ubi vero de legatis cauſſa committitur, cum clauſula, *quod ſi ambo,* remoto uno, alter ſolus procedere poteſt, *c.* 21 ibi *adiicimus etiam c.* 23. *de offic. de legat.* item ferè receptum eſt ex jure civili in arbitriis, ubi enim in tres fuit compromiſſum, illud quod abſente tertio etiam actum eſt, nullius valoris eſſe cenſetur, *l.* 17 *l. fin. l.* 18. *de recept. arbit.* Commiſſiones ad perpetuam rei memoriam illud etiam commune habent cum cæteris commiſſionibus, quod ſupra dixi, niſi quod commiſſiones ad perpetuam rei memoriam celerrimè nullo habito diſcrimine nata ſit, an naſcitura actio, & ſic etiam lite pendente decerni debeant *Dep.* 1600.§. *Es ſollen auch* & ſpecialiter etiam cauſſa exprimi debet, allegando nimirum ſenectutem, aut valetudiſiem, aut ſenium teſtium *c.* 5. *ut lite non conteſtata.* Commiſſariorum officium eſt, ut commiſſionis literas partibus inſinuent, *c.* 31. *de offic. delegat.* adverſæ parti tempus conveniens

præ-

præſtituant, teſtium nomina mittant, eos ſuper articulis & interrogatoriis examinent, omnia ſecreta uſque ad publicationem teneant, & utriusque notarij protocollum cum rotulo obſignatum ad Cameram tranſmittant, *R.* 79. §. *VVann auch ſolche. & ſeq.* ſicut & in *noviſſimo Receſſu de anno* 1654. ſpecialiter Commiſſario injungitur, ut cuivis articulo probatorio omnium & ſingulorum teſtium depoſitiones ſtatim ſubnectat, ita ut Judici ſtatim in propatulo ſit, quid teſtis ſuper quovis articulo depoſuerit. §. *Im übrigen verbleibt es allerdings. de cetero eſt Ord.* 46.

## Interrogatoria.

Diſtinguuntur in generalia & ſpecialia, formantur à parte adverſa, non ſunt de eſſentia judicii, *Marant. parte 6. de interrogat. n. 4. in ſpecul. aur.* formantur ſuper ipſis cauſſæ meritis, non ſuper his, quæ à cauſſa aliena ſunt, *Gail. lib. 1. obſ. 95. n. 4.* Inter generalia interrogatoria antiquitus obſervabatur inter alia etiam, ut teſtis interrogaretur, an perjurus, an infamis eſſet, *Speculat. in tit. de teſtib. in princ.* quod abrogatum *noviſſimo Receſſu*, quo cavetur, ne interrogatoria criminoſa, & quæ turpitudinem reſpondentis continent, ſub pœna arbitraria formentur, §. *Es ſöllen aber keine* Interrogatoria. 47 interrogatoria crimin:

## Publicatio Teſtium.

Probatorio termino effluxo publicatio atteſtationum termino. 6. ex Jure Camerali petebatur, tempore adverſæ parti, niſi illa in continenti concludere malit conceſſo, *O. C. part.* 3. *t.* 17. & oppugnatio illarum atteſtationum term. 7. & replicatio term. 8. concedebatur *O. C. p.* 3. *t.* 18. *t.* 19. *in princ.* Nono duplicabatur, & decimo tandem concluſio fiebat in ſcriptis, *O. C. p.* 3. *t.* 20. 21. *in fin.*

*in fin.* Ex quibus terminis multiplicatis confuſio oriebatur, adeoque illis reſciſſis, ita conſtitutum eſt in *noviſſimo Receſſu,* quod publicatis teſtium dictis, neutri parti pluſquam duo in univerſum ſcripta proferre liceat, ita ut exceptio 5. termino & replicatio 6. termino proponatur, *R. de anno* 1654. §. *und demnach mehren theil & cum potiſſimum;* 50. in quo correſpondet cum R. 70. §. *VVas und vvieviil Dep.* 1600. §. *Nach dem jeden.*

## *Appellatio.*

DEcendium in interpoſitione appellationis obſervari debet, ita ut 1. termino pro firmanda introductione appellationis formalia cum editione actorum, Inſtrumenti appellationis & documenti requiſitionis verificentur, una cum editione libelli & petenda declaratione pœnæ in puncto compulſorialium inhibitionum & attentatorum. Ubi verò à ſententia interlocutoria appellatur, inſtrumentum appellationis loco libelli editur, & inhibitio non fit, niſi evidens in mora ſit periculum damnumve irreparabile jam tum probatum ſit, R. 94 §. *Die Inhibitiones* §. *VVann aber.* Nec appellatio ab interlocutoria voce, ſed ſolum ſcriptis expediri debet O.C. *part.* 2. *tit.* 29. §. *VVo aber von andern Interlocutorien.* Supplicationibus ſemper à Magiſtratu obtentum documentum, de obſervato eius loci privilegio, annecti debet, ita ut citra hoc appellationes non recipiantur, *R.* 1654. §. *und nach dem allen & cum nono libido,* 114. & neglecta antiqui iuris differentia *in l.* 32. *de re jud. l.* 19. *de appell. l.* 2. *C quand provoc. non eſt neceſſ.* radicata, tam à ſententia nulla, quam iniuſta, i. e. tam contra factum, quam jus lata, intra decendium appellatio interponi debet, *R. de anno* 1654. §. *in dem auch nunmehr poſteaquam decimo,* 115. in quo tamen allegato receſſu nullitati ex inſanabili defectu tam judicis quam partis, ut & ex ſubſtantialibus proceſſus

proſilienti communis iuris via relinquitur, §. *bey den jenigen* nulliteten, 116. *quo ad nullitates.*

### *Compulſoriales.*

Contra Judicem cum citatione ſimul petentur decernuntur, *O.C. part.* 2. *t.* 31. §. *Es ſoll nun,* & ſi in citatione non petiti ſunt 1. termino poſſunt peti ex iure Camerali, *O.C. p.* 2. *t.* 31. §. *Es ſollen vnd moegen auch* ex *noviſſimo* verò *Receſſu* compulſoriales ſtatim cum citatione ſub pœna deſertionis peti debent, §. *desgleichen ſollen die Procuratores, ſic procuratores ſub.* 54.

### *Acta.*

A Judice *à quo* intra 30. dies ab interpoſita appellatione ablata cautione ſolvendæ mercedis, aut illorum loco documentum requiſitionis poſtulari debet, *O.C. part.* 2. *tit.* 31. *in princip. R. de anno* 1654. §. *Ob er auch ſchon.* Acta non manca ſed cum inſertis procuratorum mandatis edi debent, *d. l.* §. *Dievveil auch* quâ editione omnia quæ vel ante ſententiam vel ſimul poſteave exhibita, decreta, geſtave fuerint, plenè continentur, *R.* 70. §. *In der* appellations *Sachen.* dies & hora etiam latæ ſententiæ aliorumque geſtorum non feſtis aut dominicis, ſed numero cuiuſque menſis deſignantur, *O.C. p.* 2. *t.* 31. §. *vnd nach dem.* Acta obſignata edita ab inferiore recta ad Cameræ judicem perferuntur, eiuſque juſſu Protonotario præſente illæſis ſigillis aperta à procuratore recipiuntur, *O.C. p.* 3. *t.* 31. §. *So alſo dem Procuratorn,* in quo §. ponitur conditio *ſi obſignata ſunt,* quod dilucidatur in *noviſſimo Receſſu* per §. *So dann ſollen die acta priora, ad hæc acta priora.* 56. ubi diſponitur, quod acta à Judice inferiore in præſentia partium inrotulari, & ſic clauſſa, ſub pœna arbitraria tam judici quam parti infligenda, ſi contra hæc actum fuerit edi debeant.

## *Gravamina appellationis.*

IUxta receſſum *de anno* 1575. *& anno* 95. hæc continere debent, 1. in quo quis ſe gravari ſentit. 2. quid melius probare & 3. quid de novo deducere velit, quæ gravamina, in tot copiis vidimatis, quot citati ſunt, exhiberi debent, contra *Dep.* 1600. §. *Es ſeynd* ex noviſsimo Receſſu *R. de anno* 1654. §. *zu* Beforderung *des Proces. ad celeritatem proceſſ.* 58. Ubi verò appellans nihil novi habet, ſtatim ad acta priora concludere tenetur, idque in ſupplicatione pro proceſsibus memorare tenetur ita ut proceſsibus inſeratur, & appellatus ad notitiam huius in primo termino ſe defendere poſſit, *R.I. de anno* 1654. §. *VVolte er aber keine Vrſachen ubi vero appellans,* 59. §. *auch in Fællen appellante nil &c.* 65. *& correſpondet cum* O.C. *part.* 3. *tit.* 33. §. *VVo aber obgemelt.*

## *Introductioni appellationis.*

SEx menſes fatales præfiniti ſunt, qui minui non verò prorogari à judice poſſunt, *R. de anno* 94. §. *als ſich auch*, in noviſsimo verò Receſſu in conſtitutum eſt, ut inſinuatio intra 4. menſes à tempore interpoſitæ appellationis, & ſic à tempore inſinuationis adhuc 2. menſes reſtent ad fatalia introducendæ appellationis, inter quæ appellatus ſecum deliberare poſsit, quæ fatalia ultra duos aut 3. menſes prorogari nequeunt, licet ex juſtiſsima cauſſa, §. *So dann ſoll ſich der Appellant. ad hæc appellans* 61. Quoad perſecutionem appellationis hoc notari debet, quod antea non probata probari & non deducta deduci queant, in quo differt à reviſione, in qua nihil novi proponi debet. *O.C. p.* 3. *tit.* 53. §. 2. *Erſtlich ſoll*, indicta autem deductione novi quoad appellationem hoc de novo adjectum eſt, ut quilibet appellans qui nova deducere vult,

vult, juret ſe illud, quod jam producere vult, in prima inſtantia ſe latuiſſe, vel proferre non potuiſſe, vel illud ad cauſſæ demonſtrationem non pertinere judicaſſe. *R. de anno* 1654. §. *VVie ebenmäſſig bey dem außſchlag æquè deciſioni* 67. quod juramentum olim ad quaſdam ſpeciales cauſſas reſtrictum fuit, ſic enim illud juramentum de novis deducendis obſervabatur in appellatione ab Auſtregis O. C. *p.* 2. *t.* 6. *in princip.* In ſpoliorum cauſſis. O. C. *p.* 2. *t.* 8. §. 9. *VVo aber der.* Item in appellatione à moderatoribus in gravamine collectarum *R. de anno* 1555. §. *vnd damit ſolche appellanten.*

## *Summa Appellabilis.*

Ex *ordinatione Cameræ* conſtitut. in 50. fl. Rhena. O. C. *p.* 2. *t.* 28. ibi, *Das die Appellations Sachen*, quæ ſumma anno 1570. ad centum & quinquaginta flor. extendebatur, *Receſſu de dicto anno* §. *Als VVie dann*, & tandem de anno 1600. ad trecentos flor. aucta, *Dep.* 1600. §. *VVievvohl nun* ex *noviſſimo Receſſu* in 400. thaleros Imp. tranſiit, §. *quarto ſummam app.* 106. *Vierdtens ſoll die Summa appellationis*, reditus qui *deputatione* 1600 12. flor. ſummam appellabilem continebant, hodie ad ſedecim thaleros aucti ſunt, *R. de anno* 1654. §. *Vierdtens ſoll die. quarto ſummam.* 106. Ubi vero ſumma appellabilis non eſt, hoc novum inventum nova ætas produxit, ut ad petitionem partium citra unius vel alterius ſpeciales literas recommendatitias in præſentia partium acta in rotulata ad collegium aliquot juridicum mittantur, illiusque deciſio à ſtatibus obſervari debeat, *R. de anno* 1654. §. *cum hoc tamen add.* 107. *Doch mit dieſem Zuſatz.* Ex *Deput.* 1600. §. *Es ſoll aber*, ubi ſumma appellabilis non eſt, ſupplicari per modum reviſionis ordinario Magiſtratui poteſt, anter alias materias, quæ appellationem non admittunt, noviſſimæ cauſſæ cambiales & Mercantiles vulgo *VVechſzelbrieff* conſtitutæ ſunt, quæ intra 24. horas, vel paucos

dies expediri cum parata executione debent. *R. de anno* 1654. §. 101. *als auch bey quod de Cambiis &c.* de cauſis partium exterarum & remotarum videatur dictus *R.* §. 157. *Demnach auch Klagten quia querelis quandoque.*

*Appellantibus temerè.*

EX *Dep.* 1600. §. *vnd obvvohl* pœna uſque ad 10. auri marcas, & ex noviſſimo receſſu §. *vnd nach dem allem & cum nono lib.* 114. uſque ad 20. marcas infligi poteſt, ita etiam, ut pro qualitate delicti, temerarius corpore puniri poſſit & Advocatus arbitrariam pœnam ſubire cogatur, *d. l.*

*Reviſio*

*Ratione introductionis*

DUobus menſibus ante Kal. Maij. Moguntino Archiepiſcopo in ſcriptis antehac denunciabitur, qui eam Cæſari & eius anni viſitatoribus ſignificavit, & revidendis actis conſiliarios mittendos petiit, ita, & ſi à die latæ ſententiæ non toti duo menſes uſque ad Kal. Majas ſupererant ſequentem annum reviſio rejiciebatur, & quidem hoc ex *O. C. p. 3. t. 53. in princ. & verſ. VVo aber* quod ita correctum eſt per *noviſſimum de anno* 1654. *R.* §. *in Fällen da die appellationes;* 119. *appellatione de iure.* ut intra quatuor menſes à die latæ ſententiæ reviſio, apud Dn. Moguntinum petatur, Cameræ inſinuetur, gravamina nervosè & ſummariè exhibeantur, aut proximus terminus pro illorum exhibitione poſtuletur, & juramentum reviſorium tam à parte quam ab advocato ſimul præſtetur, ita ut ſi unum ex his intra dictos 4. menſes omittatur, reviſio pro nulla habeatur. In cauſſis ad Moguntinum ſpectantibus, Trevirenſis judicat. *R.* 94. §. *Als vns auch. R. nov.* §. *alleg.* 119. *appellatione de:*

*Ratione effectus devolutivi.*

EX *Dep.* 1600. §. *Als auch Streit vorgefallen,* reviſio non ſolum effectum devolutivum, ſed etiam ſuſpen-

ſuſpenſivum habet, & ſic executionem ſuſpendit, exceptis cauſſis mandatorum de relaxandis captivis, & alimentorum decretorum, §. *Belangend aber*, ex noviſſimo verò Receſſu ſolum effectum devolutivum habet, ſub conditione præſtandæ cautionis de reſtituendo à victore, reviſio vero in Eccleſiaſticis executionem adhuc ſuſpendit, R. 1654. §. *Nach Berathſchlagung poſt conſultationem* 118. & pars utraque merita cauſſæ ſingulis ſcriptis plene pertractare, *O.C.p.3.t.53.* §. *Erſtlich ſoll &* quidem intra duos menſes debet, *R. de anno* 1654. §. *Nach berathſchlagung*. 118. *poſt conſultationem.*

### *Admittitur reviſio.*

IN his cauſis, in quibus appellatio locum habet & vice verſa, *R. de an.* 1654. §. *in Fällen da die appellationes appellatione de jure com:* 119. & admittitur tam a Camera quàm in judicio aulico *Inſtrum. pac.* p. 5 §. 20: ibi, *quoad Proceſſum.*

### *Pecunia arbitraria in reviſione.*

PRius deponi debet, quæ ubi impetrans ſuccūbit, in ſumptuū reparitionem & pœnam temeritatis cedit, *O.C.p.3.t.53.* §. *im Fall aber*, ita ut pœna Cameræ, ſportulæ verò reviſoribus cedant, *R. de anno* 1654. § *Damit dan auch*. 120. *atq; vt eo minus.*

### *Summa reviſibilis.*

ESt 2000. thalerorum quoad ſummam capitalem, ita ſtatuta in Receſſu *de anno* 1454: §. *Zu Abkürtzung der vielfältigen reviſionen.* 121. *uti in appellat.*

### *Inter viſitatores ordinarios.*

SEmper unus ex principibus in perſona comparere tenebatur, ſub pœna 5000. flor. aur. *ex ordine Camerali*, quod hodie in arbitrio Principis ad viſitationem deputati poſitum eſt, an ipſe, an verò pœnalium comparere malit, *R. I. de an.* 1654. §. *VVie und die Vberhäuffte*, 122. *ita quidem de plur.*

## *Mandata cum clauſula.*

PEr comparitionem reſolvuntur in ſimplicem citationem, & antiquitus elidebantur per cauſſales à reo oppoſitas *R.de anno* 1594. §. *Dievveil auch circa mandata*, hodie verò loco cauſſalium ſummaria demonſtratio loco exceptionis primo termino opponitur, *R.I.de anno* 1654.§. *In den mandatis cum clauſula, in mandatis cum clauſ.* 75. ultra tertium terminum & duplicam concluſionem requirunt, & nihil amplius admittitur, *R.de anno* 1654.§.*in mandatis cum clauſula* 75. Hoc etiam ſolenne eſt in omnibus mandatis, quod narrata aliquo modo verificari debeant, *R.de anno* 1654.§. *Allen ſupplicanten ſupplicantes omnes*. 73. Mandata debent cum clauſula juſtificatoria ad docendum expediri, & ſine illa non valent *O.C.part.2.tit.*23.*in princip.R.de anno* 1594.§.*Demnach aber*.

## *Mandata ſine Clauſula.*

EXpediuntur ad 4. caſus vulgo *auff die vier Fäll*, utpote in crimen læſæ Majeſtatis, ubi notorium quid eſt, in damno irreparabili, vel ſi res eſt contra utilitatem publicam *O.C.p.*2.*t.*23. paratam habent executionem, & patiuntur exceptiones ſub & obreptionis, banni, maleficii, privationis, & ſimiles *R.I.de anno* 1594.§.*Dann auch zum*. Adverſus mediatos non decernuntur, *Dep.* 1600.§. *Es vvird nicht*. Exceptiones, quæ contra mandata ſine clauſula proponuntur, primo termino produci debent. *R.anno* 1654. *belangent die mandata ſine clauſula tempus ad excip.* 70. ultra replicam nihil aliud admittunt, *d.R.*§.*auff den Gegenfall econtra ad repl.* 71. & convenit in hoc cum *R.de anno* 68.§.*Den andern*. Mandata ut & proceſſus, contra Magiſtratum, niſi narratis veriſimiliter probatis, temerè non indulgentur, *R.*94.§.*ſo ſoll auch*, ut & in *noviſſimo Receſſu* ita conſtitutum eſt, ut priusquam proceſſus contra Magiſtratum decernuntur, literis quibusdam vulgò *Bericht Schreiben* ſalutetur. *R.de*

anno 1654. §. *benebenſt ſollen CammerRichter.* 99. *Camerales item, Iudex.*

### Pœna.

DEcernitur à Judice ſub comminatione dupli & realis executionis, ita ut quando paritio primo termino non docetur, ſtatim executio cum declaratione pœnæ dupli à Magiſtratu loci, vel ſi immediatus eſt, à directore circuli vulgo *dem Ausſcribenden Fürſten*, expedienda decernatur.

### Ordo præfixarum.

PErmiſſus in jure Camerali *O C.p.3.t. 8.in princ. & R.94.§. Nebendieſem iſt* abrogatus eſt per *R. de anno 1654.§.die Vnderſcheidung der ordinari.* 82.*diverſitatem ord:*

### Executio.

DEbet expediri intra quatuor menſes à die condemnationis, *l.2.C.de uſur.rei iudic.* & ex ordine Camerali, victrici parti executoriales contra adverſarium ſub pœna partim victori partim fiſco inferenda decernuntur & in executorialibus ſtatim primo termino debet doceri paritio, ita ut terminus ordinis in his peri nequeat. *O.C.p. 3.t.48.* id ni fiat, arctiores ſub pœna banni cum citatione ad videndum petenti communicantur, *d. l.* ex *noviſſimo receſſu* cuilibet ſententiæ debet terminus inſeri, intra quem à victo doceri paritio debet, ſecus declaratio pœnæ à parte petitur, ita ut mandata executorialia Magiſtratui vel directori circuli ſi immediatus eſt inſinuentur, *R.de anno 1654.§.Damit auch die ausgeſprochene. atque ut ſenten:* 153. ubi verò ſententia ad omittendum concepta eſt, ſententiæ certa pœna in caſu contraventionis inſeri, & in illa terminus præſtandæ cautionis de non amplius turbando præfigi debet, *d.R.§.In F. llen vnd Sachen.*156.*in cauſis quarum:*

### Circa Aſſeſſores & conſtitutionem Cameræ.

SUſtentatur Camera Imperialis ex communi Ordinum Imperii contributione, *O.C p.1.t.*

*42. in princ.* ita ut pro illa cuivis ſtatus ſubditi à ſuo domino collectari poſſint, *R. de anno* 1654. §. *Betreffend aber die media quod vero conc*: 8. extra tamen ſalaria perſonarum, cæteræ neceſſitates ex fiſci reditibus depromuntur, §. *fin. de O. C.* ita ut ſumptus ſemper à majore familiæ *Bey dem Stamhaus* aut illius poſſeſſore poſtulentur, *R. I. de anno* 1576. §. *Bey Berahtſchlagung*, qui tamen cum cæteris poſſeſſoribus de communi onere agit, ita ut ſemper ad illos ratione ſoluti cenſus regreſſum habeat, *d. l.* ſed ubi poſſeſſores & ſua bona & cenſum Cameralem inter ſe diviſerunt, de illaque diviſione Cameram Imperialem certiorem reddiderunt, quilibet poſſeſſor pro quota conveniri debet. *R. I. de an.* 1654. §. *ſo dan bleibts. remanet itaque* 10. Contributiones Camerales 30. diebus ante ſingulas nundinas Francofurtenſes in cuiusvis circuli caſſam deponuntur, ita ut juſto tempore nundinarum Francofurtenſium Francofurti quæſtor Cameræ pecuniam accipiat, *R. I de anno* 1654. §. *Vnd zuvar ſo viel anfänglich. primo quidem*; 3. in quo paſſu *ordo Cameræ p. 1. t. 40. §. 8. VVeiters als auch*, melioratus eſt. Moroſus, poſt extrajudiciale monitorium per quod contributiones Camerales exiguntur, *R.* 72 §. *Demnach vnd*, in marcam auri, vel ſi contributio, illam excedit, in duplum illius condemnatur, *R. I. de anno* 1654. §. *VVürde aber dem alſo ſi obſervatus mod.* 4. Executionem verò ſuſcipit director circuli ad denunciationem Cameræ, cui ſi quis ſe opponat, ipſo facto in bannum cecidit, & talis opponens ſtatim fiſco ab executore denominari debet, ad cuius petitionem ſummarius banni proceſſus inſtituitur, ita tamen ut pœnam dupli ſupra commemoratam exceptio impoſſibilitatis excludat, *R. de ann.* 1654. §. *VVegen des modi exequendi, quo ad modum exe*: 9. Ubi vero ipſe director in mora exequendi eſt, contra illum mandata executorialia decernuntur, vel alii executio committitur, ubi verò in mora ſolvendi deprehenditur, directores

vici-

vicinorum circulorum contra illum executionem ſuſcipiunt, R.I.*de anno* 1654.§.*VVofern aber ein, vbi vero ipſe;* 11 §.*Alſo auch vvan die* 12. *pari modo.*

### *Salaria.*

SAlarium ne incertæ pollicitationis ſit (quod peti nequit, uti traditur *in l.*17.*C.mand.*) in receſſibus certum quid cuivis in Camerali officio verſanti deputatum eſt, & quidem ita, ut ſupra dixi, ut ſingulis nundinis Francofurtenſibus quæſtor collectam Francofurti accipiat; & ſic de medio ad medium annum juſta ſolutio fiat, ſicut & in jure Romano id practicatum obſervamus, ubi ſalarium Kalendis octobribus, i.e. medio anno, incipiente anno ab Aprili, ſolvebatur, *l.* 7. §.4.*C.de advoc.diverſ.judic.* Salarium iudicis fuit 2000.flor. & ſi princeps fuit, pro rei qualitate ſtipendium augeri potuit, *O.p.*1.*t.*43. ex *noviſſimo* vero *receſſu* penduntur iudici Camerali 4400.thaleri, & ſingulis præſidibus 1371.thal. qui olim fuerunt 800. flor. computato flor. ad 18. baç. *Rec. nou.*§.2 *Dievveil auch & cum annuum.*

### *Salarium aſſeſſorum*

FUit 700. florenorum pretium ex *R. I. de anno* 1520.§.*Vnd dievveil nicht nötig,* auctum eſt usque ad 1000. thaleros ex *R.de an.* 1654.§.*Dievveil auch die jährliche Beſoldung.*5.*& cum annuum.*

### *Salarium fiſcalis*

FUit 700 flor. & advocati fiſci 400.fl. pretium *O.p.*1.*t.*45. ille verò hodie 1000.th. hic vero 571.& dimidium thal. accipit.

### *Salarium medici*

QUod conſtitit antiquitus in 200.florenis, extenſum eſt, hodie ad 285.thal. Quod ſalarium deputati nunciorum, quæſtoris, lectoris, pedelli, & nunciorum concernit, deputato nunciorum fuerunt aſsignati 100. flor. ad 16. bac. hodie ſunt.152. & dimidius th.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-360645-p0027-6

Quæſtoris ſalarium conſtitit in 200.flor. *O.p.1.t.*48.hodie habet 344 *th.*

Lector ratione collationis pro ſingulis foliis habuit 5.*Kr.R.de ann.*1566.§.5.*Irrung zvviſchen den Procuratorn*, ex noviſſimo receſſu ſalarium illius ad 45.thal.aſcendit.*d.*§.*Dievveil auch die jährliche*, Salarium 40.flor.pedellus quiſque habuit *O.C.part.*1.*t.*47.hodie 90.thal.ex nunciis, qui 12.ſunt, quilibet habuit 12.flor.*O.C.p.*1.*t.*47.§.2.hodie 32.& dimidium thalerum accipit, *d.* §. *Dievveil auch*.§. *& cum annuum*.

## *Numerus Aſſeſſorum.*

CONſtituit in 24.perſonis ex *O.C.p.*1.*in init.* & in 41.perſonis ex *R.I.de anno* 1570. §.*Vnd dievveil nicht nötig*, auctus eſt ad quinquageſimum numerum, præter judicem & quatuor præſides, & quidem ſuos horum ex Auguſtana confeſſione à ſola Cæſarea Majeſtate conſtituendos, & par numerus utriuſque religionis quoad omnes juſtitiæ miniſtros conſtitui debet, ita ut Catholici computatis duobus aſſeſſoribus Imperatoris præſentationi reſervatis viginti ſex, Auguſtanæ confeſſionis Status 24. aſſeſſores præſentent, & ex ſingulis circulis mixtæ religionis non tantū duos catholicos, verum & binos Auguſtanæ confeſſioni addictos eligere fas ſit.*Inſtru.pac.Suec.*§.5.*ti.*20.

## *Præſentantes.*

IMperator ordinat Judicem, quatuor Præſides & duos Aſſeſſores, reliqui Aſſeſſores ordinantur à 7.Electoribus, & 8.circulis, quales ſunt Auſtriacus, Burgundicus, Franconicus, Bavaricus, Suevicus, Rhenanus ſuperior, Weſtphalicus, Saxonicus inferior, *R.I.de anno* 1654.§.*Demnach auch im Friedenſchlus*, 163.*& cum in tractatu*.olim 6.ſolū præſentabantur excluſo Auſtriaco & Burgundico, *O.C.p.*1.*tit.*2. & quo caſu circulus Auſtriacus & Burgundicus ad præſentationem olim admitti debuerit, vide ex *R. de anno* 1570.§. *VVann aber künfftiglich*.

## *Aſſeſſores Catholici præſentantur.*

Ab

| | | |
|---|---|---|
| Elect. | Moguntino | 2. |
| Elect. | Trevirenſi | 2. |
| Elect. | Colonienſi | 2. |
| Elect. | Bavaro | 2. |
| Circ. | Auſtriaco | 2. |
| Circ. | Burgundico | 2. |
| Circ. | Bavarico | 4. |
| à permixtis circulis utriuſq; religionis. | Franconico | 2. |
| | Suevico | 2. |
| | Superiore Rhenano | 2. |
| | Weſtphalico | 2. |

## *Aſſeſſores Auguſtanæ Confeſſionis præſentantur.*

Ab

| | | |
|---|---|---|
| Elect. | Saxonico | 6. |
| Elect. | Brandeburgico | |
| Elect. | Palatino | |

| | | |
|---|---|---|
| Circulo Saxonico ſuperiore. | 4. | 1. alternando per hos duos circulos. |
| Circulo Saxonico inferiore. | 4. | |

| | | |
|---|---|---|
| Circulo Franconico | 2. | 1. alternando per hos 4. circulos. |
| Suevico | 2. | |
| Superiore Rhenano | 2. | |
| Weſtphalico | 2. | |

*Circuli etiam Bavarici Auguſtanæ Confeſſioni addictis ſua libertas in hoc paſſu relicta eſt.* Inſtrum. pac. Suec. P. 5. §. 20. circa fin.

### *Schema Præſentantium*

NOndum planè formam ſuam integrantem & eſſentialem accepit, *R. de an.* 1654. *§. notandum. VVeilen er berührtes.* 24. *notandum, quia praall:* Præter Epiſc. Wormatienſem, Spirenſem, Argentinenſē, Principes Palatino-Simeranum, Bipontinum & Heſſum, ſunt & alii in circulo Rhenano ſuperiore, qui prætenſiones ſuas dirigunt in jus præſentandi, *R. I. de anno* 1654. *§. in dem OberRheiniſchen.* 27. *in circulo ſuperiori.*

### *Tempus præſentationis.*

COnſiſtit in 6. menſibus, ita, ut, ſi adſeſſor deceſſerit, vel abdicaverit, judex id ei, ad quem tum nominatio pertinebit denuncietis intra 6. menſes à die requiſitionis duos vel tres nominare debet, quo tempore neglecto Cameræ jus nominandi recipit. O. C. *p.* 1. *t.* 4. ita ut poſt 6. illos menſes, intra 14. aut 30. dies aſſeſſoratus ille vacans conſtituatur, *R. I. de anno* 1654. *§. die Erſetz: und Beſtellung,* 16. *quod reformationem.* à dato tamen dicti Receſſus 6. illi menſes ſemel tantum ad annum extenduntur d. R. *§. Dievveil aber* 18. *& quia conventum* denunciationes tranſmittuntur, *mit eygener Bottſchafft R.* 57. *§. Nachdem bishero.*

### *De numero Præſtandorum.*

PRæſentans ſemper duos aut tres ex vigore ordinis Cameralis præſentare debuit, ut Camerales eo meliorem electionem habere potuerint, ſed ex conſtitutione *noviſſimi receſſus* ſi unus & quidem idoneus præſentatus fuit, Camera illum recipere tenetur, *R. de anno* 1654. *§. Gleichvvoll aber und dievveil,* 21. *ſed quia in.*

### *Inter qualitates aſſeſſorum*

STudium quinquennale ex ordine Camerali requirebatur, O. C. *p.* 1. *t.* 4. *§. aus denſelben,* quod ex *noviſſimo receſſu de an.* 1654. *§. Sinthemahl* 22. *& cum in Camerali; correctum eſt,* ita ut hodie non ad tempus ſed ad qualitates & experientiam reſpiciatur, d. §.

*Immu-*

## Immunitas Cameralium.

OMnes Spiræ Camerales, ut Judex, Præſides, Aſſeſſores, Advocati, Procuratores, Protho-notarii, Notarii, Lectores, Scribæ & Nuncii familia viduaque eorum, quamdiu in alia & quidem civium Spirenſium matrimonia vel aliam juriſdictionem non tranſierint vel in aliud officium concedant, ab omni extraneo judicio, & ubivis locorum ab omnibus collectis vectigalibus & oneribus immunes ſunt, ita tamen ut cauponariam vel mercaturam non exerceant. *O.C.p.1.t.49.in princ.R.de anno* 1654. §. *Hingegen aber vnd damit*. 135. *& vt qualificata*.

## Modus referendi.

VOtum referentium ad calamum dictari ſolitum, abrogatum eſt in *noviſſimo receſſu*, in quo diſpoſitum legimus, quod referens breviter indicare debeat, ſuper quo concluſum ſit, merita cauſſæ concinna brevitate detegendo, & deſuper ſuum votum ferendo, *R.I. de an.* 1654. §. *Den modum referendi belangendt* 137. *de referendi modo.* in cauſſis referendis ambages vitantor, articuli, exceptiones, probationes breviter examinantor, an recte actio ſit inſtituta, quomodo eliſa, an hæc per replicationem perempta, item documenta, privilegia inſtrumenta referto, *Viſ.* 56. §. *Anfänglich vviervvohl*, & ante omnia mandata procuratoria deſpicito *R.* 57. §. *vnd vvan dan.*

* * *
* *
*

# FINIS.

# RECESSVS IMPERII Ratisbonæ An. 1654. 17. Maij in Aula Equeſtri ab undecima hora uſq; ad tertiam promulgatis.

## PRÆFATIO

REgiminis imperiorum rerumque publicarum augmentum haud exiguum eſt, quod in acceſſione hominum, armorum, arcium, propugnaculorum, & opum conſiſtit, eorum omnium in communitate vſum acquiſitionem & poſſeſſionem etſi indies oculorum noſtrorum acies in mœrore, lachrymarum, ne dicam ſanguinis effuſione notavit, & pro parte notat; eſt tamen unde Germania luctum in gaudia mutet, quod non levi quodam tumoris flatu aut inanis gloriolæ captandæ cauſa, ſed uti filij Iſrael libro Paralipomenon mente pacifica ad prælium iuere, ita non livoris vindicta, ſed obtinendæ pacis gratia armata ſteterit omnem à ſe repulſura imminentem ictum, pacem ſervatura, amiſſam receptura; æque celebre, ni celebrius ſalubriuſque, augendi imperia & reſpublicas præſidium in fideli conſiliorum communicatione, quam more noſtro indictis ſolemniter comitiis de graviſſimis ad publicam imperij tutelam pertinentibus cauſis inter Proceres & Ordines imperij fieri ſolere docemus, ſiquidem in maximis maximorũ negotiis maximorum opus eſt conſilijs, qui & facultatem habeant exterius & voluntate non careant interius, ut rei cui bene cupiunt, bene conſulere & velint & poſſint, nec enim in cuiuslibet profectu facultas ſine voluntate, nec voluntas ſine facultate proderit, Quod utrumq; cum Sacri Romani Imperij

perij Proceres & Ordines non ſine exterarum nationum miro poſſideant; merito poſt Martis exantlatos labores, pacem Dei dono & munere Monaſterii & Oſnabrugæ Weſphalorum concluſam & datam, vt firmior eſſet; Comitiorum ſolemnia Anno 1653. celebrari inſtituerunt, & celebrarunt, quorum ſanctionem, legem, & Receſſum huic operi Hiſtorico Politico eo lubentius inſetere volui quo vicinius ad fundamentalem Poliitices Juriumque doctrinam accedere vidi, ne etiam cuipiam ſugillandi materiam hanc forſan præberem propoſitionem Sacræ Romanæ Cæſareæ Majeſtatis Ratisbonæ in Comitijs publicatam & ſtatibus Imperii 30. Iunij 1653. propoſitam ſatis innoteſcere, aſt concluſum, latere, interrogationem & reſponſionem haud caſu hic conſentire; Interrogatio, propoſitionem volo, præmiſſa eſt pag 27. hic concluſum Receſſumque Imperij Lector benigne lege.

Nos Ferdinandus Tertius Dei gratia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Schlavoniæ, Rex, Archidux Auſtriæ Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Luxenburgiæ, Wurtenbergæ, ſuperioris ac inferioris Sileſiæ, Princeps Sueuiæ, Marchio ſacri Romani Imperii Burgouiæ ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Pfirdti, Kiburgi & Goritiæ, Landgrauius Alſatiæ, Dominus Marchiæ Schlavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. profitemur & notum facimus omnibus; Nos vti ab exordio noſtri divina gratia & communi Electorum ſacri noſtri Imperii ſuffragio ſuſcepti regiminis Imperialis ſingulari cura paterno amore & affectu erga ſacri Imperii Germanam nationem patriam dilectiſſimam nullos ſubterfugiendo ſumptus aut pericula ſolertiſſime contendimus, vt diu optatiſsima pax exitialium & cruentiſsi-

tiſsimorum bellorum oblivionem induceret, Ita & deinceps pacem 24. Octobris Anno 1648. favore Altiſsimi & ſtudio Electorum, Principum, & Ordinum Monaſterij ac Oſnabrugæ concluſam & publicatam conſervare; firmare, diffidentiam omnem tollere, eiuſdem capitulis & Norimbergenſæ Executionis Receſſui actualiter citra moram ſatisfacere allaboravimus vt ſuum cuique in pace & quiete tribuatur, in eum finem, cum conventa pacis ratificatio, militum ab vtraque parte exauctoratio occupatorum reſtitutio moram injicerent, vt novus Norimbergæ conventus peragendus fuerit, aliæque difficultates incidentes Comitia intra ſex menſes per pacis inſtrumentum art. 8. §. 2. ſtatutos indici retardarint quin impedirent; haud tamen interea defuere mandata executori alia de reſtitutione tam ad Principes Circulorum directores quam cæteros iuxta quidem formam ab Ordinibus præſcriptam ſub arctiori exequendi modo, ſed Commiſsiones Imperiales implorati ad proximos Electores, Principes & Ordines vtriuſque religionis decrevimus, hoc omni ſtudio contendentes, vt juxta pacis tenorem cuique quod ſuum tribuatur.

Sic paterna ſollicitudo non tantum francodalij reſtitutionem ad effectum deduxit, econtra noſtram ſacrique Imperii vrbem Hailbrunnam præſidio liberavit, contributionibus militaribus ſtatus exoneravit, ſed & difficultates quæ de Electoris Palatini inveſtitura, renuntiatione, ratificatione, negotio itidem ſuper Weydena, Parckenſteina, & Bleyſteina à tempore Receſſus Norimbergenſis oborta Comitiorum ſalutaria conſilia impedire, noviſq; diſſidiis anſam dare poterant, compoſuit, reſecuit; itaque ad tranquilliora tempora nobis iam accedentibus, obſtaculis alijs ſublatis Comitia differre non libuit, quin ea ad ampliorem fidem noſtræ ſollicitudinis erga proſperitatem patriæ dilectiſsimæ cum Electorum ſuffra-

ſuffragio ad diem vltimum Menſis Octobris ſt:n: Anni 1652. Ratisbonam vrbem Imperialem indiceremus admonitis etiam Electoribus, Principibus & Ordinibus, vt pro honore noſtro placito & bono communi præſentes compareant, & negotia huc rejecta meditati componant, expediant, pacem inter caput & membra, & eadem reciprocè etiam cum exteris coronis firment, tum vero ea quæ exequenda reſtant & ad ulteriorem deliberationem & tranſactionem inter caput & membra ad generalem imperij conventum rejecta ſunt poſt maturam deliberationem componant & perficiant, uti vero nos graviſsimis negotiis & cauſis prægnantibus quæ in regnis & provinciis hæreditariis remorari poſſent, ſuſpenſis ad terminum ſtatutum curiam ſtatim & nos perſonaliter divino favore Ratisbonam tranſii & contulimus, quo & ordines & in perſona & per plenipotentiarios Conſiliarios, Nuncios & Legatos confluxerunt; tum nihil optatus nobis erat, quam more conſueto reſerata Cæſarea Comitiorum propoſitione conſultationibus indulgere & concludere; in comitiorum horum exordio & ante nota quædam diſsidia & difficultates ilico inciderunt, quarum deciſionem nobis una cum Electoribus Principibus, abſentium conſiliariis Nunciis & Legatis, quia ab earum compoſitione non parum imperij tranquillitas penderet; Dilata reſeratione noſtra Cæſareæ propoſitionis, peragere placuit ne gravioribus inde turbinibus anſa daretur. Interea, vero temporis nil periit ad plenam imperii concordiam ſed ſummè neceſſarias ſtatuum cauſas ut iuſtitiæ adminiſtrationem, Vechtæ evacuationem & negotium Lotharingicum per ſpecialem deputationem & conſultationem præambuli inſtar citra præjudicium Imperij in conſultandi deliberandive traximus modum, uſque dum 16. Junii proximè elapſi Anni 1653. ad reſerationem Propoſitionis Cæſareæ proceſſum, & juxta tres

in

in convocationis tabulis memoratos articulos inter Electores, Principes ſtatus & abſentium conſiliarios, Nuncios & Legatos deliberari cœptum.

Et primo quidem puncto qua ratione pax labore ſummo quæſita inter caput & membra invicem & tertio inter eadem & exteras coronas ſtabiliretur priſca concordia iuxta inſtrumenti pacis tenorem rediret, patria etiam diſsidiis cunctis vacaret, cum in pacis Monaſterienſis & Oſnabrugenſis inter nos Electores Principes & ſtatus Sacri Imperii ex una & utraſque externas coronas ex altera concluſo & publicato tractatu articulo 17. proviſum ut lex perpetua & ſanctio pragmatica Imperii ſumma fundamentalis ſuccederet, quæ proximo imperij receſſui incorporaretur. Hinc nos ad majorem omnium firmitatem & confirmationem prædictum imperii pacificum concluſum inſtrumentum dein utrumque pacis Monaſterij & Oſnabrugæ concluſæ, arctiorem ad hæc exequendi modum & Nurinbergenſis Executionis Receſſum huic Receſſui Imperiali de verbo ad verbum inſeruimus;

FINIS.

# SEQVITVR HIC REceſſus Imperii Ratisbonæ Habitus Anno 1654.

STatuimus ergo ordinamus volumus & mãdamus omnibus ac ſingulis, ſummis ac imis Eccleſiaſticis & ſæcularibus, immediatis & mediatis ſive Ordinibus Imperii ſive non, proindeque tam noſtris quam Ordinum Conſiliariis, Officiatis, ac omnibus noſtris & Sacri Imperii ipſorumque Statuum ſuperioribus ac inferioribus tribunalibus Judicibus & Aſſeſſoribus utriuſque religionis, nullo hominum excepto, per hæc ſevere & ſub mulctis pœnisve prædicto pacis concluſo inſertis ut omnia quæ in eo, illiusve punctis & articulis ſingulis continentur, & poſt hac his vel futuris comitiis pro majori firmitate, executione, & confirmatione, expedire videbuntur, & ordinabuntur, pro fundamentali ſacri Imperii lege & perpetuo valitura Regula, atque judicandi norma firmiter, & inviolabiliter obſerventur, cuſtodiantur, nec ab ullo cujuſcunque etiam ſtatus ac conditionis fuerit conſilio aut ope, aperte, vel occulte infringantur, ut nec ulli liceat quemcunque de facto vi propria inquietare, turbare, jure aut poſſeſſione dejicere, impugnare, invadere aut debellare, vel etiam jus ſuum violenter & manu armata quærere illive reſiſtere, qui juxta pacis concluſum reſtitutionem debitam poſcit aut citra judicialem cognitionem de novo gravare, qui vigore pacis concluſi ordinaria via juris ſine ullo exceſſu ſua recuperavit; Idque ſub allegatis mulctis & pœnis concluſo pacis comprehenſis.

Sic in deliberatione primi principalis puncti noſtræ Cæſareæ propoſitionis, adeoque primi & ſecundi membri pro ſervanda & confirmanda concordia caput inter & membra, eademque inter ſeſe, nec non pro tranquillitate Sacri Imperii, expedire & conſultum viſum fuit, cauſas; ob quas ordinibus quibuſdam hucuſque pace communi gaudere non licuit, tollere, ut Romanum Imperium à nondum ſopitis, & timore futuris inquietudinibus, motibus, præſertim ab omni vi externa & interna, præſidiis exoticis, invaſionibus, ductibus oppreſſionibus, hoſpitiis, & contributionum oneribus perpetuo liberetur, eximatur & aſſecuretur. E contra vero ob vicinas armatorum copias, maxime Lotharingicas & earum ſocias proxime adjacentes circuli, Electoralis, ſuperior ac inferior Rhenanus, Weſtphalicus, cæterique ſtatus; etiam ob evacuationem quorundam in Imperio occupatorum, & munitorum locorum, Regionum, Dictionum, & cum propter deductionem copiarum ex terris imperii ut nunquam revertantur, tum propter fortalitii Vectæ oppignorationem & evacuationem, in genere vero ob ſaluberrimę juſtitiæ adminiſtrationem, bello diuturno totaliter propemodum collapſam, ut reformetur, & reſtauretur in noſtro & Sacri Imperii dicaſterio Spirenſi graviſſime conqueſti ſunt. Et nos ab initio laborioſiſſimi Regiminis Imperatorium induximus animum, ſollicite ſtatim à pace communi reducta, Juſtitiæ adminiſtrationem, ſine qua nullum Imperium in ſtatu pacifico conſervabile; commode & ordinate conſtituere, Etiam præter ſuſtentationem & reformationem noſtri & Sacri Imperii Judicii Cameralis, viam expeditam ad ſaluberrimam impartialem Juſtitiam aperire; res judicatas ſine mora executioni demandare, & ad hæc nos Deputationis Imperialis Francofurti ad Mœnum Anno 1644. habitæ, Conſultum, præter Cameræ Spirenſis conſiderationes & dubia, maxime vero ea quæ Monaſterii & Oſnabrugis Weſtphalorum in pacis tractatu & deſuper erecto inſtrumento de reformatione

matione & executione juſtitiæ deciſa & concluſa fuerunt clementiſſime in memoriam revocavimus.

§. Atque nos eo magis hunc juſtitiæ punctum, tum ob propriam urgentem neceſſitatem & gravitatem tum ob moræ periculum ante omnia, citra tamen retardationem & protelationem cauſarum Vechtanæ & Lotharingicæ, ſpeciatim vero ob prænominati noſtri & ſacri Imperii Cameralis Judicii ſuſtentationem pro primo, dein ejuſdem reformationem redintegrationem, & juſtitiæ executionem, & tandem ob translationem conſuetis in Imperio cõſultationibus ſubjiciendum duximus, convenimuſq; cum Electoribus, Principibus Statibus, abſentium Conſiliariis, nunciis & Legatis & ipſi Nobiſcum in hanc perpetuo valituram ſanctionem.

§. Primo quidem quantum ad prædicti Noſtri & Sacri Imperii Cameralis Judicii ſuſtentationem ſpectat, antiquus ille hactenus contribuendi modus juxta tenorem matriculæ obſervabitur, deinceps vero Status quiſque in Nundinis Francofurtenſibus juxta loci tranſactum augmentum & deſuper traditam Cameræ Matriculam terminum advenientem, ad minus triginta ante ſingulas nundinas diebus in ſui circuli caſſam ſeu locum deſtinatum deponet; ut pecuniæ eo commodius ante terminum collectæ Francofurtum ad Cameræ quæſtorem rite transmittantur.

§. Si obſervatus modus hic non fuerit ſed primo inſoluto termino ſecundus ſe aſſociet, nec in circuli caſſam quid illatum, contumax prævio extrajudiciali monitorio ex nunc & ſemper, toties, quoties, pœnam Marcæ in auro, vel ſi contingens majus, duplum illius incurret; & deſuper executandus juxta formam, §. quo ad modum exequendi; infra ſequentis.

§. Et cum annuum ſalarium, Aſſeſſoribus cæteriſque Cameræ Officiatis augere poſtrema Comitia Ratis-bonnenſia de Anno 1641. ex propoſitis cauſis

relevantibus neceſſarium duxerint, quanti vero Determinatio Francofurti tunc temporis inſtitutæ Deputationi; commiſſa, atque vigore ejus Commiſſionis Augmentum pro Aſſeſſoribus annuatim ad mille Imperiales, & ſic proportionaliter pro Præſidibus & aliis Officialibus præfixum & noſtra ut Romani Imperatoris Clementiſſima ratificatione approbatum ſit; Sic Nos una cum Electoribus Principibus, Ordinibus, & abſentium Conſiliariis, Nunciis & Legatis tali augmento ſuperſedemus, ea conditione, ut deinceps à dato hujus Receſſus cuique Aſſeſſorum annuatim mille Imperiales, & ſic conſequenter Præſidentibus cœteriſque, Cameræ Officiatis, quantum in proportione hactenus ſtatuti ſalarii, & juxta hoc augmentum competere poteſt; rite ſolvatur, ut in ſpecie Judici Cameræ, quater mille & quadringenti Imperiales, ex quatuor Præſidentibus cuique mille trecenti ſeptuaginta & unus Imp. Inter quinquaginta Aſſeſſores cuique mille Imp. Fiſcali mille, Advocato Fiſci quingenti, ſeptuaginta & unus Imperialis, cum dimidio, Medico ducenti octuaginta quinque Imper. Cancellariæ Adminiſtratori ut Deputato Nuncio centum quinquaginta duo Imper. cum dimidio, Quæſtori trecenti quadraginta quatuor, Lectori ratione contrarii Prothocolli quadraginta quinque, duobus Pedellis cuique nonaginta, duodecim equitantibus Nunciis Cameræ, cuique triginta duo cum dimidio Imperiales, ſolvantur, & numerentur.

§. Quandoquidem etiam bellico durante tumultu & à tempore concluſæ pacis Cameralibus perſonis, earumque Reſpective Viduis, pupillis, & hæredibus, non exiguum de ſuis & prædefunctorum ſalariis reſtet. Sic ad evitandas quaslibet confuſiones, & diſordinem, præter cujuslibet anni reſtantias etiam ſupradictum augmentum, erga tamen caſſationem & ceſſionem tam vivis quam mortuis, prout & reſignantibu quantum reſtantes annos à Quæſtore deſignatos at-

tinet:

tinet: Aſſeſſoribus, Fiſcali Noſtro, & Fiſci Advocato numerabitur & perſolvetur, quod de eo ſolum tempore, quo in loco Judicii noſtræ & Sacri Imperii Civitatis Spirenſis præſentes officio ſuo realiter functi fuerint, intelligendum erit.

§. Reſtantiis his ſolutis, ſi quid de ceſſis ordinarie terminis in reſiduo permanſerit, illud ad ulteriorem Statuum diſpoſitionem ut & neglecta in futurum defunctorum & Reſignantium Aſſeſſorum pro eorundem ſalariorum majori aſſecuratione, ad communem caſſam revocabitur; Neglecta vero viventium, & abſentium inter præſentes poſthac diſtribuenda & exponenda erunt.

§. Quod vero concernit media & unde augmentum ſalariorum atque multiplicati Aſſeſſorum numeri deſumendum, nec non ſolidum, ſtabile ac certum fundamentum ſuſtentandi cauſa ſtatuendum ſit, oporteret quidem his Comitiis ad ſuffragia & vota aſſumptos Principes & Comites contribuentibus annumerari; Sed quia id medium haud ſufficiens, nec conveniens ſit, & deſuper non aliud niſi in ſupra dicto §. & primo quidem, dictum ordinarium contributionis remedium, quo Camerales ratione ſalarii aſſecurari poſſint, practicandum veniant; Hinc Cameralis Judicii ſuſtentatio juxta normam antiquam ad ſuperadditum ſalarium & majorem Aſſeſſorum numerum, in quantum neceſſe, adaucta, Cameræ Matricula deſuper ordinata; & floreni in Imperiales tráslati ſunt pro ut hac de re ordinatus calculus latius indicat, atque hæc (ſalvo calculo & futura moderatione, quam Circuli, vel ad eorum datam informationem, proxime futura extraordinaria viſitatio taliter inſtituet, ut Camerales ſalaria ſua pleneconſequantur Electoribus, Principibus, ac ſtatibus haud quaquam gravatis,) eouſque permanebunt & obſervabuntur; donec aliud remedium inventum noſtro Clementiſſimo ac communi ſtatuum conſenſu ac voluntate ordinatum vel fundamentum aliud & diſtributio inducta, atque realem ſtatum & effectum deducta fuerit;

Liberum quoque ſit Ordinibus Status ſuos Provinciales cives & ſubditos pro Cameræ ſumptibus collectare Atque hac in re Nos ab Ordinibu traditum Memoriale & ratione reviſionis & moderationis Matriculæ reiteratum eo modo quo infra ſub finem Receſſus hujus latius tradetur, obſervari volumus.

§. Quo ad modum exequendi contra negligentes, cum antiquus nimium lentus & neutiquam commodus fuerit, Nos cum Electoribus, Principibus, Statibus & abſentium Conſiliariis & Legatis in hunc novum convenimus modum, ut Principes Circuli toties quoties Elector, Princeps, aut Status quidam, contingens ſuum non exſolverit, & maxime ſi prævio ſed minus attento extrajudiciali monitorio ſecundus ſolutionis terminus in primum inſolutum inciderit; ad requiſitionem noſtri Cæſarei & Sacri Romani Imperii Judicii Cameralis ſine ullo reſpectu ſtatuum ſuperiorum & inferiorum, inexſpectata etiam banni declaratione ad executionem ſumptibus contumacis procedant. Ut tamen, quantum, deſignatam, ſupra in §. & primo quidem, &c. Pœnam unius marcæ in auro vel dupli attinet; exceptio impoſſibilitatis & inopiæ ſemper exaudiri, & erga ſtatus inopes, ac qui non ex propoſito ſolutionem differunt, minime ad eam pœnam ſed ad ſimplum reſtantis executio fiat; Opponens ſe communi huic Imperii concluſo & conventæ executioni, (quod futurum minime ſperamus,) ipſo facto in bannum incidet, atque contra hunc Judex ad Judicialem implorationem noſtri Cæſarei Fiſcalis, prævio ſummario banni proceſſu, reſpectu & contra allegatis quibuſcunque rejectis ad banni declarationem procedet; In quem finem talis opponens Fiſco noſtro Spirenſi ab Executore denominari debebit, & non eo minus, ſi difficile nimium ſit futuram executionem commode expedire, convocatis duobus aut tribus circulis juxta Executionis ordinationem ad executionem realem progrediatur; Sic & noſter Cæſareus Fiſcalis moroſos,

ſos, eorumve bona facultates reditus & proventus, arreſtari, detineri, pignorari petere poterit, atque his ejus petitionibus & implorationibus Ordines ac cujuſvis loci ſuperiores ſuffragabuntur ſub pœna arbitraria.

§. Remanet itaque Vigore factæ Ordinationis An. 1576. Illud, ut Cameralis Judicii ſuſtentatio & ſumptus à Majore familiæ bey dem Stamhauß vulgo; aut ejus poſſeſſore poſtulentur, & exigantur. Sed ubi poſſeſſores & bona ſua & Cenſum Cameralem inter ſe diviſerunt, deque illa diviſione Cameram Imperialem, certiorem reddiderunt, quilibet poſſeſſor proquota convenietur.

§ Vbi vero ipſe princeps Circuli director in mora exequendi fuerit, contra ipſum mandata executorialia à Camera decernentur, vel alteri ex eodem circulo Statui ſociiſque, aut iis recuſantibus vicini Circuli principibus directoribus executio committetur, & citra recuſationem, perficietur.

§. Pari modo cum Princeps in mora ſolvendi deprehenditur, Vicinorum circulorum principes directores contra illum executionem juxta §. quo ad modum exequendi &c. wegen des modi exeq. ſuſcipient, aut ad pœnam banni, ejuſque executionem vigore Imperii Conſtitutionum, Executionum & hujus Receſſus procedent.

§. Ob illos ab Electoribus, Principibus & Statibus hucuſque inſolutos terminos & reſtantias Statuimus, Ordinamus & volumus, ut quiſque Electorum Principum ac ſtatuum de ſua reſtanti quota ſive illa magna, ſive exigua, duas tertias per duodecim terminos in duodenis nundinis Francofurtenſibus & ſic ſpatio ſex annorum exſolvat, inchoando hanc ut & recens auctorum terminorum ſolutionem proximis Francofurtenſibus Nundinis, cum indilata ejus continuatione, quod ſi executio neceſſaria, illam contra contumaces prævia requiſitione noſtri & Sacri Imperii Cameralis Judicii, ſumptibus eorum Principes Circuli directores inſtituent; & in caſum Oppoſitio-

nis ad pœnam banni aut alia via uti ſupra de novis terminis ordinatum procedent.

§. Reſidua illa tertiana, quam in proximum computum Quæſtor feret; Noſtræ Statuumque ulteriori Ordinationi & diſpoſitioni (ſervato tamen eo quod proxime ſequenti §. ex his &c **von deme ꝛc.** in fine eventualiter inſertum,) remanebit.

§. Ex his quæ de reſtantiis in terminis duodecim penſa fuerint, Senioribus Aſſeſſoribus, cæterisque Salariatis Cameralibus una cum prædefunctorum viduis & hæredibus juxta proportionem cujuſvis reſtantis debiti à Quæſtore ſatisfiet, ex currentibus novis terminis præſentes & futuri Aſſeſſores ut pares labore ſalariabuntur, in futurum autem inter eoſdem quo ad diviſionem & ſolutionem antiqua maneat obſervantia, ut quovis tempore prior terminus poſteriori præfertur, nec ullus anticipetur; hæcque ſint Quæſtori in omnibus pro regula, accuratiſſime obſervanda; Sin vero, citra omnem ſpem ex duabus tertiis plenarie Cameralibus perſonis non ſatisfieri, poſſet, reſtans una tertia defectum ſupplebit, quæ & annis duobus proximis vel terminis quatuor pariter ad caſſam deportabitur.

§. Et ad hunc punctum primum. Nos una cum Electoribus Principibus & Statibus & Abſentium Conſiliarijs Legatis & Nuncijs reſervavimus, quod ſucceſſu temporis de medijs & modis deliberari debeat quomodo Camerale Iudicium abſque Statunm onere ſuſtentari poſſit.

§. Quod reformationem & reſtitutionem Noſtri Cæſarei & ſacri Imperij Cameralis Iudicij attinet, Nos una cum Electoribus Principibus Statibus nec non abſentium Conſiliarijs Legatis & Nuncijs clementiſſime recordamur Ordinationis Cameralis factę *part.* 1. *tit.* 4. quibus etiam de cauſis eo tempore omnia ſervari nequiverint, & hinc plurima Aſſeſſorum loca vacare debuerint. Ordinamus ergo & volumus, ut in Ordinatione præſcriptus modus in futurum ſtricte obſervetur, cum Aſſeſſores præterquã quod

quod obligati inviolabiliter. ſequantur, atq; cognita negligentia non præſentantis per ſex menſes, ijs elapſis intra quatuordecim aut ad ſummum triginta dies tenore Cameralis Ordinationis non obſtantibus ante hac obmotis conſiderationibus vacantem Aſſeſſoratum ex jure devoluto abſque ulla dilatione infallibiliter conſtituant.

§. Hi tamen ut & Electores, Principes & Ordines illud ipſum obſervabunt quod intuitu certarum perſonarum utriuſq; religionis (incluſa reformata) in pacis tractatu ordinatum extat, ut quovis tempore quędam perſona ex ea religione cujus præſentandus eſſe debuiſſet, aſſumatur.

§. Et quia conventum in inſtrumento pacis numerum conſtituere difficile forſan foret, ſic pro prima vice ſolummodo & non ulterius ille ad præſentandum præfixus terminus ſex menſium hoc ipſo à dato hujus concluſi numerando ad ſpacium anni extenſus & prorogatus ſit.

§. Vt tamen Elector aut Circulus, qui breviori, quam anni ſpatio qualificatam perſonam præſentare valet, eam præſentet, & cuique Aſſeſſori à tempore functionis auctum ſalarium numeretur.

§. Et caſu quo hic aut ille præſentans Elector, Princeps aut ſtatus in præſentando moram committeret, ea in eodem præſentationis jure concurrenti ſtatui minime præjudicabit, qui libere ad præſentationem, non obſtante mora tali procedet.

§. Sed quia in hoc puncto conſideratis circumſtantijs ſingulis Electores Principes & Ordines ob diuturnas Martis aleas tot qualificatas perſonas quot Cameralis ordinatio, Paciſquè Concluſum expoſcit, tam illico convocare non poſſent, ſic duas aut tres perſonas qualificatas præſentare in futurum haud obſtricti erunt, ſed ſi quem ſufficienter qualificatum præſentaverint eundem Camerale Collegium aſſumet.

§. Et cum in Camerali Iudicio hucuſque hic modus multifarie practicatus, ut quamvis ex duabus aut

tribus

tribus perſonis præſentatis altera ſaltem qualificata, tamen pro ulteriori adjunctione ſcriptum, & qualificata perſona ſub hoc ſolo prætextu non admiſſa, quod idipſum Iuri Electionis Cameræ Aſſeſſoribus competenti præjudicaret hic autem modus potius ad protelationem cauſæ quam promotionem Iuſtitiæ vergat, Hinc volumus & Ordinamus, ut ſi ex duabus aut trinis præſentatis perſonis una tantum idonea & ad requiſita Cameræ qualificata inveniatur, Ea ipſa non obſtante antehac recepto eligendi modo citra ulteriorem adjunctionis petitionem acceptetur, & admittatur, nec tam ſtricte quinquennalis ſtudij Iuridici in Univerſitate Germanica ſed qualitatis, qualificationis, & experientiæ ratio habeatur.

§. Numerum Aſſeſſorum utriuſq; fidei ſeu religionis, quod attinet, inhæremus nos deſuper concluſo & erecto pacis inſtrumento , atque ut numerus quinquaginta Aſſeſſorum tam ex Nobili ac Equeſtri Ordine quàm ex Iure peritis intra anni ſpatium à dato hujus Receſſus in Iudicio Camerali ordinetur, ijſdemque ante dicto modo ſuſtentatio fixe conſtituatur; de præſenti quoque Scema quoddam præſentantium deſuper hic concipi fecimus pro ut ſequitur.

§. Notandum Quia præallegatum ſcema præſentantium ratione particularium ſtatuum in quolibet Circulo præſentantium ante hunc Imperij Receſſum non omnino confici potuit ſic idipſum, citra tamen præjudicium puncti principalis pacis & præſentis Imperij receſſus, hac vice in ſuſpenſo manet.

§. Et cum hucuſque in inferiori Rhenano Weſtphalico Circulo ob illas ſuper Iuliæ Ducatum pendentes differentias Aſſeſſoratus quidam vacarint, & contributiones ab ipſis faciendæ ad ſuſtentationem Cameræ hactenus inſolutæ ſint, ſic provinciæ illæ & Domini intereſſati litigantes de officio Principis Directoris Circuli in caſum prolongatæ Noſtræ Cæſareæ deciſionis, vel dilatæ amicabilis compoſitionis in inſtrumento pacis propoſitæ, inter ſe convenient, vel ejuſdem Circuli, ordines congaudentes

Eodem

eodem præſentandi jure reſervato unicuique Iure ſuo, præſentationem actualiter expedient.

§. Et non eo minus provinciæ ligitioſæ ſumptus Cameralis Iudicij & præteritos & futuros fe nt, ſupra dicta alias executione procedente.

§. In circulo Superiori Rhenano penes quos hucuſque præſentatio fuit nominatim penes Wormatienſes, Spirenſes, Argentinenſes Palatinum Simerenſem Bipontinum Haſſum; ijdem & poſt hac ea gaudeant, ſalvo Iure ſtatuum & Principum Circuli eiuſdem qui & Ius præſentationis ſibi Commune volunt nihilque ſive ex ſtatuto ſive ratione alijs præjudicet Circulis. Prædicti a. circuli civitates Imperiales, haud quaquam à Iure præſentandi excludi volunt Contra dictionibus factis inhærentes.

§. In tertio puncto principali de reſecandis Proceſſibus Cæſareæ Imperialis Cameræ ubi tanta tam in puncto libellorum, defenſionalium articulorum, Eliſivorum, reſponſionum quàm puncto, exceptionum, tergiverſationum, repetitionum, temporis jactura, tot dilationes, actorum pondus, litium tam cum utriuſq; partis exitio quam ſupremi in Imperio Iudicij deſpectu immortalitas, aliaq; ſe prodant neceſſario emendanda, atq; via & anſa ad dilationes advocatis procuratoribus ipſiſque litigantibus obſtruenda ſit; Vix autem poſſibile omnes Proceſſus & terminorum Circumſtantias prævidere ſed emergentes in futurum errores tales emendare Iudicis arbitrio juxta *Cam. ord. p. 2. tit.* 36. & Receſſum Imperij Spiræ habitum An. 1557. §. ad hæc **ferner nach dem hierbey** ſit relinquendum, convenimus cum ordinibus, ut primo omnis huc uſque abuſus articulandi & reſpondendi, una cum terminis cohærentibus & futilibus diſputationibus, dilationibus caſſatus reprobatus ſit, aſt ſoli probatoriales, ſi partes conſentiant & neceſſitas exigat, cum reſponſionibus admiſſi, è contra in cauſis ſimplicis querelæ actor quilque neceſſarijs inſtructus in Iudicio compareat extracto proceſſui, aut citationi Libellus ſummarius, clarus, nervo-

ſus

ſus, diſtinctus, non articulatus, niſi ita lubeat aut cauſæ amplitudo & circumſtantiæ exigant, inſeratur, vel præter ſupplicam citatione ut materia iudiciali ſeparata extra judicialiter exhibeatur; decretam citationem una cum libello Nuncius per totidem quot citandi exempla à Iudicij cameræ lectoribus aut pro notarijs vidimata more ſolito inſinuabit, ut mature an cedendum an contendendum ſit, citatus deliberet ſub ea cominatione ut actori libellum non inſerenti proceſſus minime decernantur, ſin transmittere neglexerit, reus nec comparere nec reſpondere conſtringatur, minuſque contra eum in contumaciam procedi poſſit, aut debeat.

§. Ad hæc actor pro libitu pro bono ſuo & litis abbreviatione ſtatim emanato Proceſſu probatoria libello aut conjungat, aut in primo termino exhibeat vel alia via probare paratus probatoria ad rei Reſponſiones & terminum ſecundum differre valebit. quæ tamen cum emanato proceſſu extra judicialiter exhibita una etiam cum citatione & libello vidimata reo prius inſinuabuntur, actor dein in termino aut die præſtituto media ſufficienti legitimatione intimatum citationis mandatum proceſſus, Libellum, in debita breviq; forma juxta Cameræ ordinationem, *p*. 3. *tit*. 13. & Receſſum Deputationis Anni 1600 §. ſunt etiam **ſo ſeindt auch** ubi de reproductione ſermo judicialiter reproducet, quin & in Caſu ſi emanato proceſſui documenta aliaque probatoria cauſæ & actionis ſuæ fundamenta adjunxerit aut in primo termino exhibere intendat, omnia ea in vim probationis repetet documentorum recognitionem petens, Probatorijs autem minime adiunctis citationis tamem & libelli quatenus dictum reproductio illi ſalva & integra.

§. Citato cui judex pro arbitrio ſuo conſideratis locorum diſtantiis & negotii qualitate terminum ad minus 60. dierum à die inſinuationis computandum ſtatuet, in termino non comparente actori permiſſũ ſit adverſus contumacem & non Comparentem

reum

reum: non per viam banni, aut immiſſionis ex primo aut ſecundo decreto modos hactenus practicatos, ex nunc vero abrogatos & caſſatos ſed in contumaciam in cauſa principali ordinatio modo ad finem uſque uti magis volet ad doctrinam Cameralis ordinationis *p.* 3. *tit.* 43 procedere.

§. Acta cauſarum in quibus proclama petitum illico è lectoria ad Cancellariam transportentur, prothocolla completa menſæ reſolutionum **den beſcheids Tiſch** imponantur, omniaque eo loci pertinentia indies expediantur; omnibus jam à parte actoris in termino reproductionis rite peractis Citatus reus in primo hoc termino comparebit & quia ex citatione libello inſerta, atque contentis cauſæ intra citationis terminum ſufficienter deliberare de lite, procuratorem etiam informare ſimulque ei committere poteſt, in eodem ad libellum, peremptorialibus Eliſivis addicionalibus, aliiſque omnibus poſthac abrogatis ſolis vero probatorialibus reſervatis breviter nervoſe diſtincte & clare an & in quo narrata actoris à facto varient ſpecifice & ad punctum quemlibet cum omnibus circumſtantiis reſpondebit, dilatorias & peremptorias quas habet Exceptiones omnes una vice ſub pœna præcluſionis producet, probatoria ſi inſinuata fuerint ſuis impugnabit argumentis ſecundum receſſum Imperii, in noſtra & Sacri Romani Imperii Civitate Spirenſi habitum Anno 1570. §. Ad hæc ordinariæ **demnach ſollen die gewöhnliche.** non attento ſi quid hac in re per proximum receſſum Imperii de Anno 1594. §. etſi iam **wiewoll nuhn ſolche** mutatum aut renovatum ſit. Omni tamen fori declinatoria Exceptione reſervata de qua in ſequentibus §. & reus **vnnd hatt der beklagte.**

§. Quod ob arduitatem & amplitudinem cauſæ citatus omni labore adhibito comparere inſtructus in cauſa principali haud quaquam poſſit permiſſum ſe deſuper coram deputatis excuſare & prorogationem termini, citra tamen circumventionem petere econtra decretæ à Iudice prorogationis cauſas Iu-

ramento

ramento confirmare paratus erit ſed non eo minus tam hoc Caſu quam Communiter, reus & reſpondens exceptiones dilatorias ſimileſque ſi habeat, in termino primo ſimul omnes & ſemel vel in ſcriptis vel oretenus ordinationi tamē Conformiter producet ſub pœna præcluſi, & ut ulterius in Cauſa fiat quod Iuris & Ord. Cam. *p. 3. tit. 4.* Et per receſſum Imp. de Anno 1594. §. in Cauſa Appellationis **in Appellation ſachen** Verſ. hac tamen latiori explication **doch mitt dieſer vermerter erklärung** ſtatutum.

§. Ad Actore pro cauſæ abbreviatione ad documenta, teſtimonia, Inſtrumenta, pacta teſtamentum aut alia probatoria extracto proceſſui inſerta ut Citato in Vidimata Copia cum libello tradi & intimari poſſint, Reus in termino primo excipiet ita tamen ut terminum pro qualitate negotij & diſtantia perſonarum Iudex arbitrio ſuo amplum præfigat. Sin minus & actor ea, primum in primo termino producat reus copias & terminum Reſpondendi ſtatui libere petet reſponſurus tamen ut ſupradictum, ad libellum atque in puncto recognitionis petente actore ad recognoſcendum vel diffitendum ſub præiudicio ordinario & procuratoris animadverſione paratus.

§. Reus in hoc primo termino reiectiſ pro arbitrio Iudicis, ſi quas dilatorias Exceptiones induxerit, niſi relevantes ſint, ſalvis tamen ut ſupra dictum declinatoriis, in puncto principali eventualiter procedet ſiquidem de declinatoriis productis primo decernendum, & reus ante deciſionem in puncto Competentiæ fori, ſe in Cauſam principalem intromittere non tenebitur econtra reus dilatorias irrelevantes in Cauſæ principalis dilationem malitioſe producens pro arbitrio Iudicis, perſonarum & Cauſæ qualitate in aliquot marcas auri vel argenti Condemnandus veniet, Cauſa principali minime ſuſpenſa.

§. Cum autem probationum celeritas ab articulis & eorum medio Iuramento dandorum & reſpondendorum, reſponſionibus dependeat, ſic modus articulandi & Reſpondendi non ut conſuevit ; ſed ad eos

qui

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-360645-p0050-4

qui ex libello ducti probatoriales vim & ſubſtantiam quæſtionis tangant, ſine ſpecialium terminorum præfinitione reſectis peremptorialibus eliſivis & additionalibus, partibus, ſi petant, remanebit, modus ſuper reſponſiones cavillandi caſſatus ſit, Iudici etiam arbitrio ſuo in quavis Iudicii parte ad certum, vel omnes articulos reſponſiones poſtulare liberum.

§. De cætero Procuratores partis utriuſque in hoc termino juxta Deputationis Receſſum de An. 1600 §. haud minus **wenigers nicht** legitimationes ſive mandata ſua ſub præjudicio inferent aut deſuper cavebunt.

§. Præterea ſancimus & volumus ut pars quælibet procurator, advocatusve eius, exceptis tamen Electorum Principum ſtatuumq; Imperii obſtrictis actu Conſiliariis, quantum lites Dominorum ſuorum attinet, vel in propria perſona vel medio ſpeciali mandato per procuratorem, adverſario aut Iudice qualibet in parte Iudicii expoſcente Iuramentum Calumniæ præſtet, quod credat ſe iuſtam fovere Cauſam eaque quæ proponat ac petat non fraudulenter aut malitioſe nec ad differendam cauſam ſed tantum neceſſario faciat, quod veritatem non reticere, verum ad partis adverſæ adhibitas poſitiones, articulos, & ad ſingulos quidem vere citra fraudem reſpondere & quam primum ex probationibus alioque cauſæ progreſſu ſuæ litis injuſtitia conſtiterit illico deſiſtere, & manus lavare velit, ſed ut quilibet, ſive pars ipſa, ſive advocatus extraneus in ſpecie, quid Iurandum & qui perjurium, ejuſque pœna evitanda cognoſcat. Sic nos Specialem mandati formulam cum inſerto Iuramento concepimus ut poſthac longe à Camera diſſitæ partes advocatique vel ſub manu propria aut ſi ſcribendi ignari à ſuperiori, Amptmanno loci, perſona publica aut in defectum eorum à viris duobus honeſtis nomine requirentium & præſentium partium, Cum ejuſdem expreſſa mentione, ſubſcriptam formulam hanc in primo termino producant quam productionem a-

ctualis Iuramenti ad totam Cauſam depoſitio in puncto ſequetur.

§. Ob rei contumaciam proclamate petito, licet nomine ejuſdem lite producta elapſo termino coram deputatis Procurator ( ut hactenus non cum minimo periculo factitatum ) ſe inſinuet, atque ad proximum mandatum ad contradicendum offerat, tamen eo non attento fiat in puncto proclamatis quod Juris, ſin actor in termino emanatæ Citationis non compareat contumaxque inveniatur, reus pro libitu, via quam *Ord. Cam. p. 3. titul. 32.* §. de actoris Contumacia von des Klegers vngehorſam/ docet, utetur

§ Reo contra libellum actoris juxta dicta excipiente, actor in termino ſecundo replicans pro neceſſitate ea quæ Reus negavit, citra onus ſuperflui probabit producendo in hoc termino documenta niſi ante factum eorumque recognitionem in quantum neceſſe petendo, cum latiori cauſæ & facti in ſcriptis exaggeratione aſt deſuper reum in termino proximo reſpondere & duplicare oportebit.

§. In caſum vero quo pro gravitate & amplitudine cauſæ ad producta relevamina terminus reſpondendi & excipiendi prorogatus eſſet, in hunc terminum contradictio cadet & reus actoris Intentioni reſpondebit, exceptiones ſibi, quas putat ſervientes, documenta aliaque ad probandum conducibilia producet. Hocque Caſu actor, ſi non tam illico ad contradicendum paratus, in proximo termino tertio contra adverſæ partis reſponſiones cauſam principalem, exceptiones, Cæteraque in vim probandi adducta proceder.

§ Quod ſi reus allatam ab actore querelam, quam hic pro ſua int entione fundanda utilem, & neceſſariam duxit, viviſque Teſtimonijs probare paratus ſuis in exceptionibus negavit, actor in proximo ſecundo termino, vel ſi reo terminus prorogatus, in tertio Commiſſarios poſtulabit, ſervante utraque parte Cameralem ordinationem.

§. Et

§ Et ſimili Jure, reus, ſi exceptationem & contradictionem ejus de Jure pro fundanda intentione ab ipſo probandam quam & vivis teſtimoniis probare non tenuit, actor in replica ſua neget aut diffiteatur; quoad probationem in tertio vel reſpectivè quarto termino gaudebit.

§ In quem finem utrique parti tam reo quam actori cauſa aut neceſſitatis categoricam adverſarii reſponſionem petat, brevis quoſdam probatoriales articulos citra ſuperfluitatem & prolixitatem ex ſubſtantia libelli vel reſpective exceptionum colligendi, ante denominationem Commiſſariorum exhibendi, deſuperque reſponſum petendi ſine tamen ſpecialis termini, præfixione, per ſupra dicta licentiam reſervamus, diſputationes reſponſionum tollentes & è contra ſingulariter ad ſingulos, ſi proprium factum tangunt, per verbum verum, aut falſum, ſin factum alienum credo verum aut falſum, ſine appendice pure & ſimpliciter reſpondeatur, ſub pœna illius vel illorum confeſſariorum, & reſponſionum pro puris acceptandarum; adverſæ etiam partis ab ulteriori probatione liberandæ;

§ In puncto probationum impertinentia, minus neceſſaria & omnia in quibus partes de facto conveniunt, rejiciantur; ſi utramque partem reſpective probatoriis dilationibus neceſſario uti contra ingeret, quia in Ordinat. Cam. p. 3. tit. 16. §. quod autem **waß aber**, proviſum, ut pro rerum perſonarumque qualitate dilatio ſtatuatur & nulli procuratorii abſque cauſæ cognitione & fide de facta adhibitæ diligentiæ & impedimenti ſecunda aut tertia decernatur, prorogationes etiam earum per Receſſum Diſputationis de Anno 1600 § eis, **ob wohl** in totum ſublatæ, aſt ut in quarta dilatione ut jus commune locum haberet ſic nil innovamus hac in re hoc tantum ſtatuentes; ut deinceps elapſo primo termino dilatorio aut prima dilatione ſecunda dilatio non niſi cum cauſæ cognitione juxta dicta tertia vero ſecundum jus commune hactenus in quar-

ta obſervatum, decernatur. Si de jure finium paſcendi, venandi ſimilibuſque controverſia oculatem ſimul requirens inſpectionem; ab utraque parte ad meliorem judicis informationem, rita delineatio producatur.

De cetero eſt Ordinationis tit. 16 & §. penult. ſervandus, ut poſtquam partes ad probandum admiſſæ, alias materias juridicas producere iis minime liceat, niſi præviis illis probationibus aut ob graves urgentes Cauſas Decretum Licentiave Præſidis Aſſeſſoriſve accedat. Actor ſi probationi ſe haud quaquam obtulerit, vel Præſes Aſſeſſoreſve eam minus neceſſariam ex productis & proceſſu ducant; ad reſpondentis exceptiones in hoc termino breviter ſubmittet. Deputati alias Commiſſarii examinatis teſtibus ad quemlibet articulum & interrogarium juxta Cameralem ordinationem, Rotulum dictorium & depoſitionum teſtium adhibito adjuncto vel Notario qualibet vice ita concipient, ut cuivis articulo probatorio omnium & ſingulorum teſtium depoſitiones ſtatim ſubnectant, quemlibet articulum repetitum dicta omnium & ſingulorum teſtium nominatim ſequantur; ut ſtatim Judici in propatulo ſit, quid quiſque teſtis ſuper quovis articulo depoſuerit atque poſthac extractus labori parcat.

Interrogatoria criminoſa & quæ turpitudinem reſpondentis continent ſub pœna arbitraria non formentur; termino probatorio effluxo actor (reus etiam reſpective:) ſi contra probavit in quarto termino ordine ad procuratorem ejus veniente dicta teſtium à ſe productorum publicari petet, alia Jura & documenta cum copia producens ſed terminus proximus ad contradicendum adverſæ parti remaneat quæ & per generalia ſtatim eodem vel proximo termino contradicere poterit, ſervata hac in re Camerali ordinatione.

Ut & hoc Caſu quo actori probatio non demandata, vel minus neceſſaria, reus ad actoris libellum in

in hoc termino in ſcriptis reſpondebit concludente & ſubmittente oretenus deſuper utraque parte eodem vel proximo ſaltem termino.

§ Et cum potiſſimum judicis ſubſter arbitrio in quo & quantum teſtibus examinatis, eorumue dictis fides habenda inque ea re ſæpius contradictiones & replicationes ex ſuperabundanti contra Receſſum Deputationis de Anno 1600. §. poſtquam cuique **Nach dem jedem** &c. ad prolongationem tantum proceſſus allatæ, Sic volumus & cenſemus hiſce ſerio, ut partes publicatis atteſtationibus in duobus ſcriptis & ſic quiſque litigantium uno ſubmittat ſcripto; Ut ſcilicet atteſtatione judicialiter prolata reſpondens intra terminum impetratum in quinto termino (qui pro rotuli magnitudine, atteſtationum & cauſarum circumſtantiis ſtatuendus: ) numerando à die quo copiæ dictarum atteſtationum ex Cameræ Cancellaria ad ſolertem inſtantiam traditæ, contradictiones ſuas, exceptiones, cæteraque omnia quæ habet, producat;

§ Similiter ad reſpondentis exceptiones aliaque adducta actor in proximo termino ſexto intra tempus ſtatutum aut impetratum ſub præjudicio præcluſionis viæ replicam ſuam cum concluſione & ſubmiſſione in ſcriptis producet; Utroque ita litigantium in hoc termino & ſcriptis & ore ſubmittente, ſalvo tamen judicis arbitrio & cognitione, an pro cauſæ ſtatu actori vel reo finalis terminus ſit ſtatuendus.

§ In Cauſis Appellationum Ordinationis Cameralis parti tertiæ tit. 31 & Reformationi factæ in Receſſibus Imperii & Deputationum in tantum inhæremus, Ut Appellans in primo termino per Procuratorem mandatum habentem brevibus verbis emanatos Appellationis proceſſus reproducat, formalia ejus cum exhibitione actorum aut inſtrumenti Appellationis & documenti requiſitionis illico juſtificet; & ſi ab interlocutor ia non habente vim definitivæ appellatum fuerit; loco libelli ap-

pellatorii inſtrumentum ſeu ſcedulam Appellationis ore tenus vel in ſcriptis ſub ſolito præjudicio non tantum reproducat, ſed & appellationis ab interlocutoria inſtrumentum ſeu ſcedulam appellationis in totidem, quot appellati, per Notarium copiis vidimatis, Ut in termino ad contradicendum parati compareant; eiſdem una cum Appellationis, proceſſu inſinuari faciat; in puncto Compulſorialium inhibitionum & attentatorum ad pœnam aut via alia procedens.

§ Si quid contra emanatas inhibitiones actitatum aut attentatum fuerit, quod Notorium aut in continenti probari poſſit, ad id revocandum poſthac ad inſtantiam Appellantis etiam extra judicialiter mandata decernentur, ſupplicante ejuſque ſupplicia ad judicialem proceſſum non prius admiſſa quam in dicto puncto executio peracta fuerit;

§ Sic Procuratores ſub pœna expenſarum prolongati proceſſus, partes vero ſub pœna deſertionis Compulſoriales una cum citatione petere tenebuntur abſque ulla in primum terminum dilatione, illique proceſſibus inſerti cum eodem inſinuabuntur, ut Judex a quo rationes ſuas decidendi ſubſigillatas cum actis prioribus ſub pœna duarum marcarum auri puri ad Cameram mittat;

§ Et etſi ſententiam ab Univerſitate vel Collegio Juridico requiſiverit, ſiquidem Collegia Juridica in communicando ſententiam ſemper deſumptas ex facto rationes decidendi breviter annotare & ad requiſitionem Judicis à quo citra exemptionem exhibere & tradere oportebit, quæ ſingulari ad hoc deſtinato ſcrinio, cujus alteram Collegium, alteram clavem Lector detinebit, uſque dum Lector is opus habeat, reſervabuntur, non eo minus Appellans ſub pœna deſertionis illico appellatione publicata ante lapſum 30. dierum à die interpoſitæ appellationis numerando à Judice inferiore acta priora poſtulabit, conſcripta ſolvens debite redimet, vel ad minus requiſitionis ſuæ fidele teſtimo-

nium cum actis in primo termino producet; At Judex à quo citra moram editionem actorum haud compulſorialibus cautione tamen ſolutionis ſervata promovebit, acta prima occaſione edet ſin mora ejus aut dilatio ex propoſito aperiatur, contra eum ad pœnam in Ord. Cam. 2. tit. 31. § nam etiam, &c. dann auch / &c. ſtatutam 20. marcarum auri puri procedendum erit;

§. Adhæc acta priora à Judice inferiore in præſentia partium, ſi velint, aut eorum Procuratorum mandatum habentium inrotulabuntur & deinceps recluſa ſemper & ſubſignata proferentur, ſi contra actum fuerit, parteſque ea in forma ſuſceperint & produxerint, Non minus Judex à quo, quam pars acceptans & producens arbitrio Judicis punietur;

§. Appellans tamen, præter hæc in termino à Judice prioris inſtantiæ ſtatuto acta requirere, & requiſitionis documentum ſub præjudicio abſolutionis edere debebit.

§. Ad celeritatem proceſſuum & reſectionem omnium inutilium prolixitatum in Cauſis appellationum oblongus per articulos libellandi modus ex nunc caſſatus ſit , atque Appellans gravamina Appellationis ſummariè & articulatim diducta una cum ſupplica pro proceſſibus exhibebit, in quibus juxta commune Anno 1575. emanatum & Anno 95. per Viſitatores Confirmatum Concluſum non obſtante Receſſu Deputationis de Anno 1600 §. ſunt, &c. Eß ſeind / 114. &c. ſpeciatim primo in quo ſe gravatum arbitretur, ſecundo quid melius probare, vel tertio de novo adducere intendat; explicabit, atque hæc gravamina ſeu Appellationes cauſas in tot copiis ordinatis (ut ſupra dictum) quot citati ſunt cum expreſſione numeri certi & litterarum in citatione inſinuari curabit.

§. Ubi vero Appellans nullas cauſas vel gravamina appellationis, prout ipſius ſtat voluntati, producere, ſed ſimpliciter ad acta priora ſubmittere & concludere vellet , idipſum in ſupplicatione pro

proceſſibus memorabit; ut eiſdem inſeratur, & appellatus ad illius notitiam in primo termino ſe debitè defendere queat; litigantium quiſque aut ejus Advocatus Procuratorve acta omnia omnia Judicialia primæ Inſtantiæ per Copias ad neceſſariam ſui omni in caſu defenſionem diligenter ſervabit; cum maxime acta à Judice à quo edita ad Judicis ſuperioris informationem ſervire debeant; hinc tamen excipiendæ partes, quæ jam actu ante publicationem Imperialis hujus Conſtitutionis Coram Judice inferiore in lite verſantur, nec acta copialiter reſervarunt, aut commode à Judice impetrare haud potuerunt, aſt per ſententiam gravati ad noſtrum & Sacri Imperii Cameræ Judicium appellare conſtringuntur, quo caſu congruum ſervandum diſcrimen; & partibus earumque procuratoribus indulgendum, ut actis prioribus reſeratis, an completa necne ſint, revidere & pro rerum ſtatu ulteriores Compulſoriales petere poſſint;

§. Quod ſi cauſa vel adeo gravis & ampla, vel partes hujus paupertatis, ut ſingulorum in Judicio productorum & actorum in Judicio productorum & actorum copias ſibi comparare, vel ob mortem Advocati, aliaque legitima impedimenta fideliter probam Appellans in tempore gravamina edere haud valeret; Judex pro arbitrio ſuo ad terminum primum vel pro circumſtantiis cauſæ ulteriorem dilationem concedet;

§. Adhæc Appellans in emanatione & inſinuatione proceſſuum ita ſub deſertionis pœna laborabit, ut inſinuatio minimum intra quatuor ab interpoſita appellatione menſes infallibiter fiat; & ſic à tempore inſinuationis duo menſes reſtent ad fatalia introducendæ appellationis, intra quæ Appellatus ſecum de lite & ſui defenſione deliberare poſſit, quæ fatalia poſthac nonniſi juſta ex cauſa & neceſſitate, ultra duos aut tres menſes tamen nunquam prorogabuntur.

In quem finem Noſtros Camerales Judices Præ-

ſides,

ſides & Aſſeſſores hiſce ſerio commonitos volumus ut pro proceſſibus præſentatas ſupplicas citra moram expediant, Cancellariæ Adminiſtratorem & Magiſtrum Nunciorum ſub pœna legitima, Nuncios ſub privatione officii adſtringant, ut tribus, duobus, aut uno proceſſu ad viam unam ſuſcepto, ilico itineri ſe committentes inſinuationem peragant, nullatenus vero, ut ante ſæpius factum, plures proceſſus vel propriam occaſionem cum cauſarum diſpendio exſpectent;

§ Si appellatus formalia Appellationis impugnare & exceptiones non devolutionis, diſertionis, ſimileſve opponere intenderet, eas conjunctim in primo termino in ſcriptis vel oretenus ſtudioſa brevitate, modo & forma, juxta doctrinam Ord. Cam. tit. 32. in princ. & §. 1. & Receſſum Deputationis de Anno 1600. §. **Wir ſetzen ordnen vnnd wollen auch**/&c. Statuimus Ordinamus & volumus, &c. infallibiliter ſub præjudicio Receſſus Imp. de An: 1594. §. **Zu** appellations **ſachen aber**/&c. In cauſis autem appellationum, &c. exhibebit, procedendo dein ulterius in cauſa, ut ſupra de dilatoriis dictum & ſancitum

§ Caſu quo una cum emanatis proceſſibus Appellationis querelæ vel gravamina exhibita fuerint, eadem Appellato cum inſinuatione proceſſus in copia fideli, prout ſuprà in cauſis ſimplicis querelæ ſtatutum communicabuntur. Atque in hoc primo termino vel pure, ſi contra formalia, & devolutionem exceptiones, aliæve dilatoriæ deſint ſin eiſdem inſtructus in eventum una cum dilatoriis exceptionibus, contradictionibus in puncto gravaminum, etiam litis conteſtationem, omniaque ſua exhibebit, juxta tenorem præallegatorum Receſſuum de Anno 1570. §. in cæteris alias, &c. **ſonſten in anderen**/&c. juncto §. ſequenti, cui conſequenter, &c. **Dabey es Nachgehendts**/&c. & de Anno 1594. § in Cauſis Appellationum, &c. **Zu** Appellations **ſachen**. in Appellatione ab interlocu-

locutoriis vim definitiva non habentibus Appellatus exceptionibus, contra formam Appellationis devolutionemve, aliiſque dilatoriis in eventum litis conteſtationem ſemper adjiciet;

§. Appellante nil novi, ſed tantum acta prioris inſtantiæ loco gravaminum repetente, Appellatus in hoc primo termino ad eadem acta illico ſubmittet concludens, niſi novi quid exhibendum habeat;

§. De cætero quo ad ſecundum & ſequentes terminos inhæremus Ordin. Cam. p. 3. tit. 32. 33. & ſupra in cauſis ſimplicis querelæ allegatis & reformatis,

§. Æque deciſioni Receſſus Deputationis de Anno 1600 §. ſit in hoc, &c. **es ſeye in dem** / &c. & ibidem allegatæ ordinationi p. 3. tit. 33. §. in caſum autem, &c. **Im fall aber**/ inhæremus, Ut ſecundum jus commune non tam ante non deducta deduci, & non probata probari quam deducta & prius probata, latius & melius in hac ſecunda inſtantia deduci & probari queant; hac tamen limitatione & forma, Ut Appellans in reproductione proceſſuum, de qua ſupra, prius juret ſe illud, quod jam novi producere vult, in prima inſtantia latuiſſe, aut proferre haud potuiſſe, vel illud ad cauſam nil conducere judicaſſe; Jam autem ſe arbitrari, id cauſæ ſuæ ſervire, eamque promovere, idem Appellans præſtabit, ſi in ſecunda inſtantia novi quid adducere tentet;

§. Licebit etiam partibus indifferenter eorum quæ in priori inſtantia prolata, veritatem & facti circumſtantias explicare, latius deducere & probare.

§. Eatenus partes cauſam coram Judice à quo inſinuare & deducere poterunt, quin inſinuabunt & deducent, ut ſi media appellatione ad Noſtrum & Sacri Imperii Camerale Judicium devenerit, acta prioris inſtantiæ in proceſſuum abbreviationem loco gravaminum & litis conteſtationis

utrim-

utrimque repetant, deſuper in cauſa ſubmittendo,

§. Tempus ad excipiendum contra mandata ſine clauſula poſthac in primo termino reo ejuſve procuratori petere haud licebit, ſed de reali paritione doceat; vel quas exceptiones ſibi competere arbitretur, realiter exhibeat; quod ſi referentes eas ut irrelevantes & frivolas ideoque rejiciendas judicent, ulteriorem terminum contradicendi ſtatuere haud opus erit, ſed reus per ſententiam parere cogatur, moderato à Judice pro loci ratione termino, niſi in puncto paritionis alter terminus ſtatuendus eſſet; quo caſu juxta Receſſum Deputationis de Anno 1600. illico primis paritoriis non tantum declaratio pœnæ eventualiter adjungi, ſed & arctiores in eventum non factæ paritionis citra ulteriorem implorationem ex Cancellaria extradi debent;

§. E contra ad replicandum contra exceptiones & contradictiones relevantes, actor in ſecundo impetrato termino ſeu tempore per interlocutoriam admittetur, Vel Judex ex officio, ſi tempus non petitum, vigore Receſſus Viſitationis & Deputationis in puncto ſub- & obreptionis terminum ad replicandum ſtatuet; qui in quantum poſſibile reſtrictus ſit, ſed ultra replicam, ſalvo tamen Judicis arbitrio nil aliud admittendum,

§. Præterea reus omnia jura ſua in primo termino in exceptionibus ſub præjudicio conſueto ſimul edet; caſſata duplica, noviſque, prolatis, niſi in replicis quid novi, deductum reum ad duplicandum commoverit, aut hic juraverit, ignotum ſibi illud, quod producat, hactenus fuiſſe; & jam primum innotuiſſe, quo caſu etiam actor in ſuis defenſionibus ulterius audiendus.

§. Supplicantes omnes narrata ſua protinus modo quodam firmabunt, ne Referens in decernendis proceſſibus malitioſè circumveniatur, Mandata etiam ſine clauſula in quatuor tantum caſibus, cau-

ſis pignorationis de relaxandis captivis ac aliis in Ordinat. Cam. & Imperii Conſtitutionibus enumeratis caſibus, non vero aliis decernantur, adhibita ſemper diligenti obſervatione circumſtantiarum & requiſitorum:

§. Sed an Impetranti ad cauſæ deciſionem incumbat probare à principio narrata ſua; an vero impetratus ſive reus ſuas allegatas exceptiones ſub- & obeptionis verificare teneatur? idipſum Judicis arbitrio & diſpoſitioni relinquimus, qui pro ſtatu cauſæ & circumſtantiis ad informationem ſervientibus ſecundum jura judicabit, cui onus probandi imponendum ſit;

§. In mandatis cum clauſula reus loco hactenus conſuetorum cauſalium articulorum brevem, nervoſam, & ſummariam demonſtrationem Juris ſui in primo termino vigore Receſſus Imperii de Anno 1594. §. cum etiam circa mandata cum clauſula, &c. **Dweil auch** circa mandata cum clauſula, &c. denuo ſub præjudicio judicialiter exhibebit, utque eo citius meliuſque cauſam examinare queat, impetrans ſemper ſupplicam pro Mandato eidem in Copia iucludet, ſi jam reus exceptiones & contradictiones ſuas, cur Mandato parere non teneatur, juxta diſpoſitionem dicti Receſſus Imperii de Anno 1594. §. cum etiam circa mandata cum clauſula, &c. **Dweill auch** circa mand. &c. in primo termino exhibuit; Impetrans his vel in eodem termino per generalia, (ſi irrelevantes judicet;) contradicet, vel aſſumpto tempore & termino proximo ſecundo replicabit, è contra reus in termino tertio pro velle duplicabit, concludens; rejectis regulariter triplicis, niſi arbitrium & conſenſus Judicis interveniat;

§. Quod ſi examen teſtium inſtituere, aut alia probatoria adducere, neceſſe foret; proceſſus nihilominus judicialeſque termini obſervabuntur, ut ſupra in cauſis ſimplicis querelæ mentionatum, ſalvo tamen per omnia Judicis arbitrio, & cauſæ, cir-

cumſtantiarum, gravitatis & neceſſitatis exigentia;

§. Camerales Judices, Præſides, & Aſſeſſores Noſtri Cæſarei & Sacri Imperii Cameralis Judicii diligenter curabunt, ne qui remedio Legis diffamari abutantur, ſed hac in parte diſpoſitio tam juris communis quam Imperialium Conſtitutionum obſervetur & juxta eam citatio ex Lege diffamari non decernatur, niſi diffamantes in ſpecie nominati & de diffamatione (priuſquam citatio decreta) Cameræ ſcripto aliiſque probationibus fides facta fuerit; proceſſibus decretis, diffamationeque, legitime probata Cauſa principalis ad Judicem comperentem remittatur;

§. Hactenus petiti & impetrati termini in quantum poſſibile abbreviabuntur & non facile ultra quatuor menſes prolongabuntur;

§. Advocati & procuratores ſub juramento & officio ſuo in ullo termino nec frivolas exceptiones ſive quo ad cauſam principalem ſive alia; nec irrelevantes fruſtratorias ſimileſve aut ad prorogandum aut ad cauſæ remoram & ſuſpenſionem exhibebunt, ſub pœna expenſarum ſuſpenſi proceſſus atque ſpeciali mulcta Judicis arbitrio ſtatuenda, quam pœnam mulctamve & partes incurrent, ſi anſam præbuerint, Atque ut in hac re, ita & an Actor legitimam agendi cauſam vel non habuerit; Cameræ Judices & Aſſeſſores exacte obſervabunt condemnantes eam pœnam temere litigantium pro qualitate cauſæ & circumſtantiis deſignanda, qui citra legitimam cauſam litem ſuſceperit;

§. Judex autem ei, quem pœnam mulctamve incurriſſe judicat: ſtatuet citra novum proceſſum Noſtri Cæſarei & Sacri Imperii Cameralis Fiſci terminum ſolvendi ſub comminatione dupli, realiſque executionis & ſi paritio ſolutionis in termino non doceatur, executio cum declatione pœnæ dupli decreta. vel Magiſtratui loci, vel ſi imme-

diatus eſt, ſtatus Principi directori Circuli commiſſa, uti in puncto Executionis ſtatutum, illico expedienda erit;

§. Prout etiam extra hunc caſum Magiſtratus quilibet, ſub quo condemnatus eſt poſſeſſionatus, implorantem Fiſcum noſtrum Cameralem exhibitâ pœnæ declaratoria ad ſolutionem brevi actuali executione adjuvari tenebitur.

§ Diverſitatem ordinarii & extraordinarii præfixarum ordinis hiſce in totum caſſamus, atque in unum novarum contrahimus ordinem; ad tollendam autem confuſionem ne cauſis privilegiatis præjudicium fiat, tres hebdomatim dies, mane à ſeptima ad decimam, poſt meridiem à prima ad quintam, de hyeme duabus horis demptis in receſſum veniant, pro ſecundo inferiis canicularibus aliiſque vacantiis, exceptis feſtivis mane Aſſeſſoribus ad Conſilium vocatis minimum cauſa moveatur, tertio procuratoribus certum modum exhibendi libellos & defenſiones, hac forma Aſſeſſores ſtatuant; ut ſi progreſſus cauſæ doceret, pluralitatem audientiarum haud eſſe neceſſariam, ſed quibuſdam diebus mane omitti poſſe, atque ordinem à ſummo ad imum procuratorum, ſi non indies, paucis ſaltem & ad ſummum ſex diebus decurrere; ſic Cameræ Judices, Præſides, & Aſſeſſores id proxima viſitatione declarabunt, atque una cum Viſitatoribus moderari ſtudebunt, ne quis multitudine audientiarum ultra neceſſe gravetur, aut in aliis impediatur negotiis, ſalvo tamen & illæſo ordine; Et cum continuæ audientiæ, matutini judiciales actus Aſſeſſorem forſan gravarent, atque tum in obſervanda quam faciunda relatione impedirent; quia ſæpius quem ordo attingeret & ab incumbentibus officiis diverterent, hinc in futurum ad reſpectum & authoritatem judicii noſtri ſemper ex quatuor Præſidibus unus antemeridiem (niſi proxima Viſitatione quid conſultius viſum fuerit) abſque ullo Aſſeſſore, at poſt meridiem uno aut

duobus

duobus Aſſeſſoribus aſſumptis hiſce audientiis præſidebit;

§. Etſi nos jam ea ducimur fiducia ut ſi audientiæ poſthac Ordinariæ & procuratoribus certus modus oralis propoſitionis præſcriptus, non tam aſſumpti quam ſtatuti termini judiciales ut hactenus factum, eludantur , verum producta & judiciales actus debito tempore exhibeantur.

§. Quia tamen ex hac parte non ſat certi ſumus, fierique poteſt, ut ſi ordine à procuratore devoluto intra paucos dies ſuſceptus aut præfixus terminus cedat; ſimulque præſumendum neceſſaria à partibus eidem ante devolutum ordinem tranſmiſſa eſſe, tamen ab eodem in ſui compendium & cauſæ remoram reſervata ſint ; & ex hinc omnis generis pericula ad proceſſus dilationem procuratores excogitare poſſent; ideo procuratorum quiſque ſuis inſtructis neceſſariis , ea ex juramento & officio ſuo durante ordine , etſi terminus haud quaquam ceſſit, exhibebit, ni pœnam retardatæ litis proprio ære luendam convictus incurrere velit;

§. Similiter ſi procuratori terminus ad agendum ceſſit, atque Interim priuſquam ordo eum attingat, adverſæ partis procurator ſuis inſtruatur , incumbet eidem ſub præjudicio neceſſaria exhibere, nec ad eluſionem judicialium terminorum ſibi longius reſervabit;

§. Et cum proceſſus Fiſcales in tantum ſint privilegiati , ut ad celeriorem deciſionem pro poſſe promoveantur, in eumque finem noſtro procuratori Fiſci juxta Cam. Ord. p.1. tit.17. §. in audientiis ordinatis, &c. **in den ordentlichen** audientien, &c. ante omnes procuratores primo & quoties vult agere permiſſum, ſic partis adverſæ procuratorem (ſive in contumaciam agat Fiſci procurator , ſive non,) paratum ante termini lapſum haud expectato ordine ſuo ſua exhibere oportebit;

§. Prædicto noſtro Cæſareo & Sacri Imperii Cameræ Fiſco Judex Cameralis Præſes & Aſſeſſo-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-360645-p0065-7

res juxta Cam. Ord. p. 1. tit. 16. duos, Catholicæ unum, alterum Auguſtanæ fidei Aſſeſſores denuo, ut olim conſvevit; adjungent; Hiſce etiam Judicem, Præſidem, Aſſeſſores, Procuratorem Fiſci & Advocatum ad firmam eorum obſervantiam, quæ de Fiſco noſtro in Ord. Cam. ac aliis Imperii Conſtitutionibus, maxime in præmemorato tit. 16. & Deputationis receſſu de Anno 1557. §. cum deliberate ordinatum, &c. Nachdem woll bedachtlich verordnet/ &c. ſtatuta, ſerio commonemus; Præcipue vero Fiſcalis noſter ex officio etiam citra implorationem cauſas exemptionum urgebit & promovebit;

§. In caſum inſperatum quo per has ad unum tendentes diſpoſitiones maxime ante- & poſtmeridianas audientias judicialis procuratorum ordo ad celerem curſum haud deduci & conſervari quiret; Mandamus Cameræ Judicibus, Præſidibus, Aſſeſſoribus, & vigore hujus licentiam damus, ut de certo modo libellos ſcriptos cereraque judicialiter producendi in termino ad certam horam, aut coram deputatis aut extrajudicialiter præſente Proto-notario, Notario, Lectoreve, inter ſe conveniant, concludant & publicent, atque huic uſque ad proximam Viſitatorum Conventuſque Generalis Imperii vel ratificationem vel refomationem inhæreant.

§. Hoc extrajudicialiter producendi modo ſervato minus neceſſariæ antemeridianæ audientiæ maxime canicularibus, aliiſque feriis erunt ſed vel moderandæ vel tollendæ;

§. Ad penitus reſecandos & emendandos Procuratorum, Advocatorum & partium errores, diſturbia, modos & circumventiones inventas pro manutenentia poſſeſſionis rei litigioſæ lite pendente; Ordinamus, ſtatuimus, & volumus, ut ad omnium horum reſectionem & cautelam Procuratores Advocatique deinceps juxta noſtram ſup. in puncto libellandi & reſpondendi ſancitam ordina-

tionem

tionem ſummarie & ſimpliciter factum cauſamve narrent; diſputationes & allegationes juris ut potiſſimum cauſam intricantes ac gravantes, & quæ cauſæ haud inſerviunt, ſub pœna arbitraria minime inſerant, ad marginem vero unum alterumve juris textum vel probatos ſcriptores qui in terminis terminantibus ea de re ſcribunt, allegare; conſilia etiam juridica & conſultationes præmiſſa facti ſpecie cum rationibus dubitandi ad formam relationis exhibere licebit, quæ tamen nec in referendo nec in votando normam præſcribent, nec quantum ad factum ullatenus obſervabuntur;

§. Adhæc cum hucuſque præjudiciales juris termini ad partium ſummum damnum & voluntariam proceſſus remoram obſervati non ſint; deinceps tam Advocati & Procuratores quam judex ipſe Cameralis ordinationis & Conſtitutionum Imperii rigoroſi obſervatores erunt, ſi incuria partium tempus currentis termini ceſſerit, nec à ſolito præjudicio ſalvatum, illico præjudicium illud ad effectum deductum parti negligenti nocebit ſin pars ante lapſum termini præjudicialis vigilans impedimentum legale allegaverit, probaverit, vel mandatis, maxime de ſolvendo ex parte actualiter paruerit, cum ulterioris dilationis petitione, tum brevis terminus medium priorem adæquans ad docendum de plenaria paritione ſtatuatur;

§. Pari modo pro tertio quia oblongi Procuratorum receſſus audientias contra Imperii Receſſus, Viſitationis memorialia & Decreta univerſalia non parum prolongant, & ex hinc collectus Procuratorum ordo violatur, etiam procuratores ſtatuta deſuper, pœna partim non terret, partim à pedellis non exigitur, quandoque ſolutam à partibus reexigunt; Hinc volumus & ordinamus Procuratorem deinceps delinquentem pro prima in marcam argenti, pro ſecunda, tertia, quarta, & quinta vice arbitrio Judicis in duplum aut ultra puniendum; nec in hiſce mulctis ſententiarum publicationem, ex-

ſpectan-

ſpectandam, ſed ejuſmodi longos receſſus à Notariis & Proto-Notariis; quorum erit indies prothocollum in Conſilio exhibere; in audientiis illico prothocollandos eſſe; & mulctam commiſſam hebdomatim per decreta extrajudicialia delinquenti intimatam Pedellus ad id ſpecialiter juratus realiter exiget, quod ſi hiſce procurator nondum cautior factus actus illos reiteret ceſſante arbitrio judicis degradationem actualem, vel etiam pro cauſæ exigentia omnimodam amotionem exſpectabit, quas binas poſteriores pœnas etiam contra eum, qui mulctam illam à principali reexigit, præter renumerationem taliter mala fide exactarum mulctarum irremiſſibililiter militare volumus.

§. Ad cavendam omnem proceſſuum retardationem quæ ex morte partis alterius ante ſententiam ab relictis hæredibus procuratoribusve citra citationem ad reaſſumendam litem ſe non qualificaturis cauſari poſſet; volumus poſthac mandata procuratoria à litis ingreſſu in hæredes ſimul concipi ne mortua parte altera nova citatione hæredum ad reaſſumendam litem opus ſit, ſed producto judicialiter mandato ſuo procurator ad finem usque litis permanebit, in quem tam definitivas quam interlocutorias, ſi hæredes adhuc innominati, ſententias judex concipiet, & feret, abſque eo quod procurator obſtrictus ſit ad ſummum intra tres menſes à die ſcientiæ mortem principalis ſui, nomina item relictorum hæredum ad Cancellariam referre, quo formalius ſingula concipi & actitari poſſint;

§. Cum & quinto procuratore mortuo aut officio functo partes de cauſa diſſidentes novi procuratoris conſtitutionem multis annis differant, quin ſæpius novis citationibus ad reaſſumendam litem ſint compellendæ, hoc ipſum emendantes poſthac in litis ingreſſu ſubſtitutionem in mandato in caſu mortis in alium procuratorem citra tamen ſolarium

fieri

fieri mandamus, qui in caſibus prædictis abſque ulteriori conſtitutione proceſſum reſumet, & promovebit; parti tamen vel factæ ſubſtitutioni ſtare vel ad ſummum intra duos à die ſcientiæ menſes novum conſtituere procuratorem liberum ſit, nec eo minus tempore illo ſubſtitutus litem proſequetur, judexque pronunciabit, pars etiam pro ea opera ex æquo ſatisfaciet; in caſum præmortui ſubſtituti de quo per procuratorem principalis mature certiorandus erit novum dictus principalis indilate ſubſtituere debebit.

§. Sexto quia in notabilem proceſſuum remoram ſpecialia procuratorum mandata ad defendendum tantum concepta cedunt, vigore quorum ab activis ſe cauſis excuſant, ideoque novas ad reaſſumendum citationes ſollicitare neceſſarium ſit; hinc in futurum ſpecialia ejuſmodi mandata prohibemus, ſed generalibus mandatis procuratorum perſonas legitimari, his etiam Comitiis deſuper conceptam formam proximæ Camerali Ordinationi inſerendam ſub certa pœna obſervari volumus, ex cauſis tamen urgentibus ſpecialiter cauſam ſubſtituto committere principali licebit, requiſitum vero à jure aut praxi mandatum ſpeciale, cum generali vel ſuo tempore citra moram ſub præjudicio exhibendum erit;

§. Adhæc procuratores producentes receſſus aut in ſcriptis terminos ſimpliciter eorum intitulationes cum petitionis ſumma ſub pœna in puncto tertio ſtatuta referent, receſſus vero ipſos exadverſo procuratori aut ſubſtituto ad informationem communicent, vel initio ordinis ſui eoſdem producant, ut ab exadverſo in ſcriptis loco oralis debite reſponderi poſſit.

§. Octavo prorogationibus prorogationum prohibitis regulariter non niſi ſemel prorogationem edocto tamen ſpecialiter legitimo impedimento, ſollicitari coram deputatis tantum conceſſum ſit;

§. Errores diſordinem & defectus maxime actorum prothocolli, & alios, qui in Cameræ Cancellariam aut Lectoriã irrepſerunt tolli, re emendari, ne etiam ſtatus nimiis taxis ſportuliſque graventur. Elector Moguntinus ut Archicancellarius cui vigore imperii Conſtitutionum & obſervantiæ Ordinatio & Viſitatio Cancellariæ & Lectoriæ incumbit; pro ſua ſingulari in imperiũ zelo & jam & in futurum curabit & qualificatis perſonis exornatas eſſe media viſitatione providebit;

§. Camerales item Iudices, *Præſides* & Aſſeſſores ſalutarem iuſtitiam adminiſtrantes tam ſtatutis & conſuetudinibus quam Imperii Receſſibus juri communi, & Ordinationi Camerali ſe conforment, primas inſtantias & Auſtrægas in decernendis proceſſibus obſervent, contra acta caſſent, violatores primæ inſtantiæ debitis pœnis pro arbitrio judicis ſubiiciant, non faciles ſint in decernendo proceſſus ſubditis contra ſuperiores, ſed de ſuper prius informationem requirentes, que in Receſſu deputationis de Anno 1600 de partibus pauperibus cauta, eadem de ſubditis quam diligentiſſime obſervent.

§. Et hæc tam in cauſis mandatorum & ſimplicis querelæ cum civis ſubditusve contra ſuperiorem derecte actionem intentat, quam etiam illis cauſis obſervanda venient, quæ certi ſtatus communem policiam, tribuum aut opificiorum jura & ſtatuta concernentes per viam appellationis ad Cameram protrahuntur, ut prius quam judex proceſſus decernat cujuſque loci Magiſtratus & ſtatus publici intereſſe circumſtantialiter bene ponderet; nullas in eiuſmodi cauſis inhibitiones facile concedat; verum eiuſmodi cauſam, ſi opificiorum aut tribuum legibus & rationi & Imperiali conſtitutioni conformibus obverſetur, ut Magiſtrorum & famulorum diffamationes iniuriæque graviter in Imperio prohibitæ, cæteraque incommoda

moda evitentur, ad judicem loci, cuius eſt ſtatuta talia pro temporum aliiſque circumſtantiis revocare, & mutare, remittat;

§. Quod de cambiis nundinarum tempore in Emporiis frequentibus mercatorum praxis & juris conſultorum doctrina edocet, ut in eis parata executio intra horas viginti quatuor vel dies paucos facienda obtineat; idem nos (ne creditores ex ſola debitorum moroſitate quandoque tam credito quam honore, fide, lucrove cadant) approbamus taliter, ut in his cauſis Iudici primæ inſtantiæ permiſſum appellatione aut provocatione non obſtantibus pro cauſæ ſtatu ſive caveat creditor ſive non media executione ſolutionem urgere & percipere.

§. Poſt maturam una cum ſtatibus ponderationem oblati Nobis Anno 1643. ab *Aſſeſſoribus* medii ſeu argumenti, deſuperque circumſtantialem deliberationem, qualiter appellationum ad Cameram copia præcaveri, via item ad frivole appellandum recludi poſſit, neque altera partium petulanti motu vel ſupprimere vel differre iuſtitiam allaboret, tandem in eam Nos reſolvimus voluntatem & mentem ſevere etiam his commonentes, ut Electores & ſtatus eas qualificatas perſonas ſuis præficiant tribunalibus, de quarum æquitate & juſtitia in judicialibus & arduis cauſis nullus diffidere queat, aut ideo ad Cameram appellare cogatur,

§. Quod ſi in cauſis appellationum ad Cameram defectus quidam vel circa tribunal aut adminiſtrationem juſtitiæ, vel alias in facto ſat verum repertum fuerit per judicis imperitiam, negligentiam corruptionem vel malitiam in præjudicium & damnum alterius pronunciatum & judicatum eſſe; non tam contra in culpa ſuperiorem quam eiuſdem Commiſſarium certa mulctâ per fiſcalem

noſtum Cæſareum exigenda debite procedendum veniet;

§. Adhæc judex primæ inſtantiæ partes in cauſis dubiis tum in ingreſſu proceſſus & litis conteſtatione, tum in quacunque judicii parte quibuſvis oportunis mediis in perſona etiam compoſitoris amicabilis concordare, annoſos item & ſumptuoſos proceſſus tollere ſtudebit, prius tamen ſe in cauſa informari petet, id ſollicite attendens, ut pars injuſtam manifeſte fovens cauſam compoſitione hac non gaudeat, altera per eam non gravetur, aut citra eius voluntatem iuſtitia differatur,

§. Tertio deinceps ſtatuum privilegia de non appellando ſtricte obſervari in hunc etiam finem tabulam ſtatuum privilegia de non appellando continentem inque curia appenſam renovari, eidem privilegia tam ad certam ſummam limitata quam illimitata cum formalitatibus ſuis inſeri, atque ad meliorem Iudicum Præſidum & Aſſeſſorum Cameræ notitiam obſervantiamque in curia publice aſſervari volumus.

§. Quarto ſummam appellabilem antea trecentorum florenorum ad quadringentos daleros Imperiales, in redituum vero proceſſibus, qui juxta Imperii Receſſum d- Anno 1600. ſummam appellabilem duodecim florenorum continebant, in futurum ad ſedecim daleros Imperiales augemus & ordinamus, ſalvis tamen per omnia ſtatuum juribus & privilegiis.

§. Cum hoc tamen additamento, ut in caſu ſummæ non appellabilis aut ad cameram non devolutæ cauſæ partium Iudex competens debite imploratus & requiſitus acta completa juxta Receſſum Deputationis de Anno 1600. præſentibus partibus aut procuratoribus inrotulata (citra marginalem recommendationem) certis impartialibus Iuriſconſultis revidenda tradat, ad univerſitatem aut collegium Iuridicum impartiale remittat, Conſilium

lium deſuper iuridicum requirat; ſtatuum tamen juribus, privilegiis ſtatutis & libertatibus in ſuo robore manentibus.

§. Et ne ob mediorum defectum quis jure aut eius ſubſidio deſtituatur, Ordinamus & volumus ſi appellans informatione Magiſtratus aut judicis inferioris ſub quo poſſeſſionatus careat, aut ſi ſpeciale perjurii periculum non ſubſit, & medio juramento probare poſſit facultates ſuas non excedere duo millia florenorum, ſitque per ſententiam in trecentis florenis capitalis gravatus, ut proceſſus eidem decernantur, fiatque in cauſa quod juris.

§. Horum autem privilegiorum de non appellando ad certam ſummam limitatorum augmentum à Nobis ut Romanorum Imperatore à quo gratiarum omnis theſaurus deſcendit petere penes Status erit, quo prævio noſtrã pro cauſa circumſtantiarumque ſtatu reſolutionem & diſpoſitionem deſuper exſpectabunt;

§. Verum cum Ordinum privilegia magna ex parte ad certum florenorum numerum ſint concepta, hinc viſitatio proxima communicato prius juxta obſervantiam Aſſeſſorum conſilio florenos in Imperiales thaleros numero certoſ reducet, & nos ad petitionem Statuum deinceps in conceſſione privilegiorum de non appellando, electionis fori & ſimilium (quæ partim ad excluſionem ſeu limitationem juriſdictionis imperii, partim in privilegiorum antiquorum ordinum aut tertii præjudicium cedunt) neceſſitatem paterne conſiderabimus, ſimulque privilegiorum primæ inſtantiæ vel Auſtrægarum ſpecialium in eos, qui hactenus non gaviſi, conceſſionem reſervabimus.

§. Adhæc ſexto ſi in privilegiis juramentum calumniæ requiſitum fuerit, illud appellans ipſe, aſt Comes aut Baró inter eſſatus ſatis conditum per procuratorem ſub præjudicio cauſæ in judicio inferiori præſtabit, nec Camera oblationem eius re-

 cediet;

cepiet; verum judex aquo appellantem citra moram admittens brevem iurandi terminum ſtatuet, ſimiliter requiſitæ in privilegio cautioni coram iudice prioris inſtantiæ intra tempus ſtatutum ſub præiudicio ſatisfiet.

§. Cum iam ſeptimo ſolum juramentum calumniæ de non frivole appellando à privilegio requiſitum præter proceſſus coram iudice ad quem una cum mandato ſpeciali tam principalis quam Advocati in termino reproductos deponent, ad deſertionis pœnam evitandam; ut tam principalis quam Advocatus appellationis de juſtitia vel iniuſtitia cauſæ commoneantur, dicto iuramento hæc clauſula ſalutaris inſeri debebit, quod de novo deducenda, quæ jam inciderunt aut poſthac incident, in prima inſtantia eum latuerint, aut proferre nequiverit, aut parum ad cauſam facere judicaverit; aſt jam cauſæ ſervire arbitretur; ſicut ſubſtitutus in locum advocati pendente lite mortui vel mutati habita prius ex actis informatione dictum appellationis iuramentum præſtabit; ita & defunctæ partis ſucceſſor idem repetet;

§. Sin octavo decretis & reproductis appellationis proceſſibus in puncto devolutionis conſtet ad Cameram ob cauſas in jure non fundatas appellatum eſſe; non tantum cauſa ut non devoluta ad prioris inſtantiæ iudicem cum expenſarum refuſione remittenda, ſed & temerarius appellans in pœnam temere litigantis pro circumſtantiis moderandam condemnandus veniet.

§. Et cum nono libido litigandi adeo, in imperio dominetur, ut vix ulla inferiorum judicum ſententia appellationem evadat, merito temere litigantes maiori pœna ac pro judicis arbitrio cauſæque ſtatu in duas, tres, ad viginti uſque marcas auri, aut in corpore puniendi erunt,

runt, non aliter vero appellationes quam exhibito fido judicis inferioris teſtimonio (quo de omnibus rite juxta loci privilegia peractis aut non delatum eſſe appellationi teſtabitur (Camera acceptabit, nec proceſſus ad ſolam ſupplicam decernet, temerarius vero cauſæ advocatus pro temeritate debitam pœnam, maiorem quam litigantes iuris ignari, exſpectabit;

§. Poſteaquam decimo à multis annis cum magna temporis jactura inutiliter ſæpe diſputatum, an ſententia nulla aut iniqua ſubſiſtat, ex hoc motivo, quod nulla annos intra triginta impugnari, ab iniqua vero ſententia intra decendium appellari poſſit & debeat: hinc ad eam litem evitandam utroque caſu, ſive nulla, ſive iniqua ſententia fatale appellationis interponendæ obſervabitur noſtroque in judicio Camerali practicabitur.

§. Quo ad nullitates inſanabilem defectum aut ex perſona judicis, partium aut ſubſtantialibus proceſſus trahentes ſtandum erit diſpoſitioni juris communis.

§. Poſtremo & undecimo Aſſeſſores Cameræ Ordinum privilegia accurate examinare & obſervare volumus, eiſdem ſerio hiſce mandantes, ut non tam facile appellationes privilegiis aut ſummis eorum contrarias ſuſcipiant, ſi dubii, an ſumma appellabilis vel privilegio conformis; petitas in hibitiones non decernant, ſed vel denegent, vel minus informationem à judice requirant;

§. Poſt conſultationem puncti appellationis Nos una cum Electoribus, Principibus, ſtatibus abſentium conſiliariis & Legatis derevisionis abbreviatione & executionis promotione mature deliberãtes in hunc modũ convenimus, atque hiſce ſtatuimus ordinamus & volumus, ut ſublato deinceps in reviſione à Cameralibus ſententiis effectu ſuſpen-

ſivò devolutivus tantum obtineat, ea conditione, ut pars triumphans & executionem petens injudicio reviſorio caveat de reſtituendo ſi cauſa ceciderit, adverſario cautio illa inſcriptis pro informatione & declaratione communicetur, quo eam improbante aut contradicente judex tanquam arbiter ſe interponet; ſin hic de triumphantis facultatibus, aut cautionis in vel ſufficientia non ſatis informatus ſit, omni litterali receſſu ceſſante per circuli Principem directorem, Magiſtratum, aut deputatos Commiſſarios (prout expedire viſum fuerit) deſuper indagabit & pronuntiabit; præter informationem partes per litteralem unicum receſſum judici, qui cuilibet receſſui duos præfiget menſes, audire licebit; & ne proceſſus nimium in remoram ſimul audientiarum protelentur, dictus cautionis punctus coram deputatis peragatur, qui autem & qualiter Ordines Imperii cavere oporteat, etſi uſque dato litteralis ſuffecit cautio, judex ſicut in cauſis pauperum arbitrabitur, & uti caſſatio effectus ſuſpenſivi reviſionum de futuris non de præteritis intelligenda, ita in Eccleſiaſticarum aut Religionis cauſarum futuris reviſionibus effectus ſuſpenſivus obtinebit; donec his vel proximis Comitiis aliter diſpoſitum fuerit; cauſis tamen Religionis præferentiam quò ad definiendum tribuimus, & his Comitiis pro reviſionibus antiquis ordinatas viſitationes extraordinarias ad finem plenarie deduci; ad novarum vero deciſionem, quatenus neceſſe quartam partem extraordinariorum viſitatorum accedere volumus; uti latius infra dicetur.

§. Appellatione de jure communi negata, negabitur etiam reviſio, quæ intra quatuor menſes à tempore latæ ſententiæ ſub deſertionis pœna ab Electore Moguntino Agnato noſtro, aut ſi hic intereſſatus, à Trevirenſi Electore petenda, & Cameræ inſinuanda erit, reviſionis gravamina producere volens, ea ſummariter, breviter & diſtincte profe-

proferet, aut legitime impeditus & notorie, novum ad hoc terminum petet, tam vero pars quam Advocatus in perſona aut per procuratorem, & hic pro ſe ipſo juramentum reviſorium in Camera uti conſuetum præſtabunt, Sin in dicto quatuor menſium termino ea obſervata non fuerint; nulla erit prorſus reviſio; ſententia ſimpliciter in rem judicatam tranſibit & executioni demandabitur.

§. Atque ut eo minus partes ad frivolas reviſiones convolent, non tantum Reviſor acta reviſionis pro cauſæ qualitate taxabit; & provocans ad reviſionem ſportulas actu ad archiuum deponet, eaſque ſi ſententia prior confirmata, & tacite reviſioni renunciarit, amittet; (niſi ante actualem cauſæ reviſionem tranſegerint, verum partem Advocatumque, ſi temeritas nimia, in gravem pecuniæ ſummam aut in caſu inopiæ in corporalem pœnam ſuo arbitrio judex condemnabit, mulcta uſibus Cameralibus, ſportulæ Reviſoribus cedant; taxatio antiquarum hucuſque inductarum reviſionum pro vice prima & Reviſorum arbitrio penes aſſeſſores erit, quam cum parti ad informationem denunciarunt, archivo non imponent, niſi prius cauſis manus applicatæ ſint;

§. Vti in appellatione ita in reviſione ſummam reviſibilem duorum millium thalerorum Imperialium ſortis tantum capitalis ſtatuimus, & cauſæ non appellabiles, licet per querelam ſimplicem ad Cameram devenerint, nec reviſibiles erunt;

§. Ita quidem de pluralitate reviſionum reſecanda de viſitationibus & reviſionibus deinceps obſervandis certus modus in Cam. Ord. & Receſſibus ImPerii præſcriptus eſt, obſtacula etiam viſitationum & reviſionum pax univerſaliſſima ſuſtulit, proviſum item in principio Cameralis Ordinationis, ut cuilibet viſitationi duo ex principibus & ex quolibet ſcamno unus, ex his vero duo-

bus alter alternis vicibus vel in perſona, vel per Principem ſubſtitutum interſit, ſed cum in perſona comparere obligatus ſæpe non attenta pœna quinque millium aureorum ſeſe excuſaverit & ex eo viſitationes ſimulque reviſiones ſuſpenſæ, hinc deinceps principum ex ordine viſitantium arbitrio ſtabit, an ipſi, an vero per Conſiliarium qualificatum (magis tamen pro reſpectu per præcipuum) exemplo aliorum ſtatuum comparere malint.

§. Adhæc uno reviſorum emanente non tamen acta ut olim irreviſa manebunt ad annum inſequentem; ſed in abſentis locum proximus ex ordine pro numero complendo Spira conſcribetur, nec eo minus emanens ſumptus ex mora eius factos præter ſtatutam in Receſſibus Imperii pœnam pendet; niſi ſequentem ex ordine ſtatum mature ſatis ad viſitationem aut reviſionem ſubſtituerit, quo caſu proximæ viſitationi intereſſe eum oportebit;

§. Tertio pro revidendis & expediendis antiquis in tanta in copia reviſionibus deputati ſunt extraordinarie ex ſtatibus (quibus qualificatæ & Cameralis judicii gnaræ perſonæ ſunt,) viginti quatuor, ut diverſa quatuor conſilia formare poſſint; & hi ad primam Novembris currentis 1654. anni in Imperii noſtra civitate ſpirenſi compārituri viſitationem primum, dein juſtitiæ punctum expedient, Reviſiones ſuſcipient & pro poſſe decident; perſeverantes eo in opere per annum ad primam uſque Novembris 1655. ab illo vero tempore novi totidem ſuccedent deputati ad primam uſque Maii 1656. & hos novi totidem ſequentur, ut ita ad uſque reviſionum antiquarum expeditionem omnem quolibet ſemeſtri nova deputatio ſuccedat; ſemper autem ii ſtatus qui primis extraordinariis deputationibus non interfuerint ad ordinis uſque in totum devolutionem iuxta ſchema deſuper erectum deputabuntur, deputatos ſtatus

tus tenore eiuſdem ſchematis Elector noſter Moguntinus mature, & claſſem quidem primam ad primam Novembris huius 1654. ſecundã ad primã Novembris 3655. tertiam ad primam Maii 1656. ſicque conſequenter ſingulas quinque claſſes reſpective quolibet ſemeſtri conſcribet; qui ſuis vel ad hæc obligatis conſiliariis bene jurium & proceſſuum peritis, nec in cauſis reviſionum quondam patronis judicibus aut intereſſatis utentur, minus eum delegabunt, qui ab alio delegatus eſt, & ut cum antiquis de novo hoc tempore incidentes reviſiones decidantur, uni ex quatuor extraordinariis reviſoribus harum deciſio ſpecialiter committetur qua peracta ad antiquas recurret, deputatis interim reviſoribus Elector Moguntinus nomina partium quæ intra ſtatutum Cæſareo per Imperium publicato Edicto terminum in Cancellaria eius comparavere, deſignabit, acta item in Camera requiri, ad reviſorum ratificationem pro primo taxari, partibuſque denunciari monebit,

§. Deputati autem reviſores tempore elapſo non prius Spira, quam incepta cauſarum otia terminaverint, diſcedent;

§. Taliter antiquis cauſarum reviſionibus expeditis ordinaria viſitatio annuatim juxta Cam. Ordinationem obſervabitur, & cum ab Anno 1582 ſicque ſeptuaginta annis ordinariæ viſitationes & reviſiones intermiſſæ, novum hac de re ſchema proxima viſitatione extraordinaria Commiſſarii Cæſarei & deputatorum ordinum Legati exigent; quod ad Cancellariam Electoris Moguntini dilecti noſtri depoſitum in conſcribenda annue viſitatione ordinaria firmiter obſervandum veniet.

§. Nec eo minus reviſores citra remoram cauſarum aliarum inter partes concordiam tentabunt, maxime vero in arduis, & cum armorum ſubeſt periculum cauſam ante omnia ſuſcipient & terminabunt frivolis reviſionibus minime deferentes;

§. Con-

§. Conceptam & Anno 1613. in Imperii Comitiis propoſitam novam Cameræ ordinationem necdum expeditam primi viſitatores adhibitis Aſſeſſoribus & quibuſdam Cameræ Procuratoribus Advocatiſque examinabunt, & revidebunt, ex nunc conventa & decreta inſerentes, totumque opus præparatorie cum cenſura ita ordinantes ut Comitiis proximis plenè definiri queat?

§. Aſſeſſores interea Cameralis proceſſus juriſque dubia cõferentes quod deſuper prævia matura deliberatione concluſerint ad Moguntinenſem Cancellariam eo fine deponere volumus, ut in tempore deputatis Viſitatoribus & Reviſoribus communicari, defectus vero inventi emendari melius poſſint;

§. Contrarietates & præjudicia Cameralia (de quibus Aſſeſſores Anno 1643. in tranſmiſſo Memoriali ad deputatos Francofurtum meminere, & partim in Advocatos Procuratoreſue cadunt) omnimodo Aſſeſſores vitari facient, ſi inciderint, in pleno deſuper convenient.

§. Præterea in Ordinum Imperii tribunalibus norma Cameralis proceſſus obſervabitur ſaluo tamen eorum continua praxi & obſervantia, attentis ſimul iis quæ ſupra de reſecanda productorum prolixitate dicta ſunt;

§. Et cum plurimi ſtatuum de Conſtitutione pignorationis in Camera in agnoſcendis proceſſibus & dein exceptionis in ſtatuenda paritionè adeo extenſa conquerantur, ut ex hinc quis quieta ſua poſſeſſione causâ incognita ſub titulo rei litigioſæ deturbetur, impetrantique quid indirecto adjudicetur, quod directo impetrare non confidit, & hoc ex informatione Receſſus Deputationis de Anno 1600. §. ſi inter duas partes, wan zwiſchen zweyen Partheyen ꝛc. Hinc præviâ deſuper Cameralium cenſurâ proximi Viſitatores hunc punctum in examen & præparatorie certam reſolutionem deducent, atque eam proximis prorogatis

Comi-

Comitiis præſentantes firmum deſuper concluſu' ra à Nobis Imperiiſque Ordinibus referent;

§. In reſectionem proceſſus pignorationis, ſingulariter cauſalium ſive citationis, cum & præter exceptiones ſub- & obreptionis ſimul cauſas pignorationis & principalia eius merita tenore ſupra dictorum exhiberi oportebit, & in utroque puncto pari paſſu ita tamen procedendum ne alter alteri in deciſione obſtet, verum cauſa quo ad paritionẽ ſufficiẽter inſtructa in exſpectata etiã in pũcto cau ſalium ſubmiſſione; per ſententiam terminabitur; Commiſſio cauſæ mandatorum de pignoratione & arreſtis, ſi inter eaſdem partes de eodem iure ex novo facto exortâ diſputa, ad eas ſemper fiet ex ſenatu perſonas, quæ ante deſuper pronunciarunt, & ſi rejectis exceptionibus paritoria decreta ſunt, impetrans in puncto cauſalium ante actualem paritionem progredi non tenebitur, curabunt autem judices & Præſidentes Cameræ, ne eidem referenti cauſa, qui proceſſus decrevit, ad expediendum committatur,

§. Aſſeſſor deſerturus Cameram ſi in ſenatibus re-aut correferendo aut votando intereſſatus, prius re- & correlationes, vota etiam reſpective ſua complebit & extradet, ad referendum paratus à Cameræ Iudice deſuper certiorato ad audientiam ilico admittendus veniet.

§. Et ut qualificatæ perſonæ à Camera euocentur evocatæque permaneant; ordinamus & ſtatuimus repetentes ea quæ in Ordin. part. 1. tit. 49. à principio ſancita; ut Cameræ Iudices, Præſides, Aſſeſſores, Advocati, Procuratores, Protonotarii, Notarii, Lectores, Scribæ, Nuncii & Camerales omnes cum familia, & viduæ eorũ, quamdiu ad alia loca, aut civium ſpirenſiũ matrimonia vel jurisdictionem aliam non tranſierint, vel in aliud officium cedant, ubivis locorum ab omnibus collectis vectigalibus & oneribus ab omni extraneo judicio immunes ſint, atque in his privilegiis & i-

nita

nita Anno 1579. inter Electorem Palatinum & Cameram tranſactione manuteneantur, quam uterque ita obſervabit, ut quæ de eiuſdem intellectu difficultates vertuntur, medio amicabilis conferentiæ, definiantur interim tamen prædictæ perſonæ cauponariam & mercaturam non exerceant;

§. Liberi Cameralium ſeperatam ducentes familiam ſe conformabunt optatæ Commiſſioni inter Cameram & civitatem Spirenſem.

§. De referendi modo conſtat eum hactenus lentiſſime eiuſque ordinem proceſſiſſe, & ſœpius non niſi una relatione, vota, actaque ſimul ad calamum dictando duos tres pluresque annos elapſos eſſe, ad hujus remedium ſolitus ad calamum dictandi modus abrogatus ſit, econtra relationes more aliorum tribunalium diſtincte pro Aſſeſſorum informatione relegantur, Referentis vero erit, ante relationem, omiſſis generalibus & punctis per decreta deciſis ſuper quo concluſum ſit indicare, & merita cauſæ cum protocollatis concinna brevitate referre,

§. Liberum adhæc erit cuique Aſſeſſorum in caſu quo relata aut lecta non ſat plene intellexerit aut memoriâ exciderint, ex depoſitâ ad hunc finem in ſenatu Referentis actorum relatione extracta pleniorem informationem petere; qua percepta relationem abſque mora, ut & cœteri ſe informent, lectam ſuo reponet loco, inde ad alium de quo infra ſpecialem deferetur; & hæc tam in cauſis definitive quam arduis inter locutorie deciſis atque ſabbathinis relationibus obſervanda; nulluſque contraveniens, aut ex ipſis actis non vero prothocollo extractuve referre volens exaudiendus erit; Aſſeſſoribus tamen in eodem ſenatu cum referente collegis acta domum pro informatione conferre permiſſum ſit;

§. Tertio pro cauſarum celeriori expeditione referens, priuſquam ordine prior incipiat, referre

& vo-

& votare paratus ſit ut interea temporis correferens ex actis originalibus ſe ipſum informare, & referentem erroris ſi commiſſus commonere poſſit,

§. Semper autem quarto ceptas relationes continuari, à correferentibus poſt vota referentium correferri, & juxta Ordinationem indilate abſque ullius cauſæ conjunctione votari, non novas ante concluſionem cauſas ſuſcipi, nec ſupplicas, de quibus priori die poſt audientias decretari nequivit, tempore ſenatuum expediri, verum omnes hac in re abuſus tolli volumus, ne ut conſuevit referente non actorum relationem ſed votum ſuſpendente aut cæteris non votantibus, tempus omne pereat, vel etiam quibuſdam ex Aſſeſſoribus interea mortuis acta in expedita haud exiguo numero in Curia vndique jaceant,

§. Quinto referenti nec votum ſive de facto ſive de jure ad longum deducere, nec de in relatione actorum prolatis longius diſcurrere, minuſve votum ad calamum cum ſumma temporis jactura dictare liceat,

§. Correferens cæterique votantes ſi referenti as-& conſentiant, per verbum placet votabunt; cuique vero votanti referentis & correferentis votum confirmare firmiuſque probare liberum ſit,

§. Si jam ſeptimo concluſum factum ſententia ad chartam redacta, & in ſenatu approbata, eadem Notario tradenda, à re- & correferentibus ſubſcribenda, debiteque publicanda veniet,

§. Poſthæc octavo relationem & votum propria manu ſubſcribet, & ſi unanimiter aut per majora cum eodem concluſum, Iudici Cameræ vel locum tenenti ea ſubſignata tradet, qui relationes actorum ſignatas cum votis datis ad ciſtam in ſcrinio im Gewölb/ cujus claves duæ una penes Cameræ Iudicem, altera apud Aſſeſſorem primum, deponet, nullique niſi reviſori, aut ſi punctus executionis liquida-

qnidationiſve exigat prævia recognitione extràder.

§. Nono per æſtatem à quadrante poſt ſeptimam ad nonam uſque horam in definitivis, aliis cauſis poſt habitis & quadrante poſt nonam ad decimam uſque in interlocutoriis indilate ſenatus habeatur,

§. Et cum decimo cœpta ſæpe relatio nullo ſollicitante ad ſummam temporis jacturam incompleta remanſit, hinc partes expeditionis amantes intra annum ad minus à die huius Receſſus per procuratorem ſe in Camera inſinuabunt, cum multa poſt duos treſve menſes ſollicitatione, quorum acta præ aliis Aſſeſſores celeri iuſtitia expedire oportebit;

§. Adhæc undecimo quia experientia teſte Aſſeſſores quandoque acta incompleta aut ſubmiſſione carentia ad referendum ſuſceperunt, ex quibus poſt multam temporis jacturam difficilis inventa deciſio, abſque eo, quod Viſitationis Memorialia exigant, ut referens acta prius bene expendat non ea incompleta ad referendum proferat, aut cauſam ſuper facta ſubmiſſione non pronunciandi inducat; ideo In procuratorem, Advocatum, ſollicitantem, eoſque qui hiſce anſam præbent aut priuſquam legitime ſubmiſſum pro ſententia & juſtitia inſtant, debite animadvertendum poſt hac erit.

§. Similiter duodecimo cœpta actorum in menſa decretali beſcheidt Tiſch lectio aut expenſarum taxatio ob brevitatem temporum & horam elapſam nondum peracta die poſtero plene complenda & expedienda veniet.

§. Cum etiam decimo tertio acta cuidam ex Aſſeſſoribus commiſſa eodem vel officio vel vita defuncto in Lectoria aſſervare inexpedita conſueverint, uſque dum novus in locum ſurrogatus ſucceſſor ſe perſonaliter in Camera ſiſteret, ſicque acta longo ſæpe tempore indiſtributa jacuerint. Nos in

huius

hujus correctionem ordinamus & volumus, ut hoc in caſu Aſſeſſore defuncto inter cæteros maximè ejuſdem cum defuncto ſenatus Aſſeſſores illico diſtribuantur & committantur;

§. Idem decimo quarto Referente defuncto obſervandum erit, ut Correferens referens fiat, & cauſæ relatio peragatur;

§. Aſſeſſoribus Cameræ vigore hujus mandamus, ut in caſu dubiæ opinionis, non in favorem hujus, illiuſve religionis, aut partis aut ex affectu, ſed uti Sacerdotem & fidum ſalutaris juſtitiæ antiſtitem juratum decet, via recta ſecundum jura, Conſtitutiones Imperii, Religionis civileſve tractatus, pacis etiam inſtrumentum abſque omni reſpectu quiſquis judicet atque pro certiori juſtitia cauſas & rationes ad votum inducentes in ſcriptis communicet ni litem ſuam facere, aut de Syndicatu teneri velit;

§. Etſi Nobis & Ordinibus Imperii ad præcavendam confuſionem ſeu diſordinem omnem maxime in locis utriuſque religionis pro juſtitia & commerciis promovendis in puncto Calendarii generale Imperii concluſum erigere conſultum viſum fuerit; attamen ex cauſis certis non aliud conventum, quam primo de in proxima extraordinaria viſitatione ineunda conferentia, an & quo modo in Camera & Civitate Spirenſi quid uniforme deſuper induci poſſit, dein de tractatibus dicti imperialis concluſi reaſſumendis, atque proximis prorogatis Comitiis de certi quid ſtatuendo.

§ Atque ut ſententia lata ſuo coronetur fine, proceſſus etiam in puncto executionis hactenus obſervatus pro poſſe abbrevietur, ſemper judex in ſententia definitiva (ſicut in proceſſu mandatorum) ſi executio neceſſaria reſtat, pa ti victrici loco executorialium pro partium diſtantia congruum terminum ad parendum & docendum de paritione ſub ordinaria executorialibus inſerta

pœna aut pro arbitrio judicis ſub realis executionis comminatione ſtatuet.

§. In quo termino minime prolongando condemnatus, paruerit necne, docebit, ſin minus inſtante victore juxta ſententiam cum in pœnam ſtatutam ſumptus & damna incidiſſe judex declarabit; Executionem tam pœnæ quam cauſæ principalis Magiſtratui aut Directori Circuli, cui ſubeſt victus, per mandata executorialia , tenore Cameralis Ordinationis , aut ſi hi intereſſati vel urgentes obſtant cauſæ, pro judicis arbitrio Directoribus unius aut plurium Circulorum vicinorum Camera demandabit, quos ad hoc mandatum victori inſtanti auxilio & juſtitiæ complemento ſubvenire oportebit.

§. Hanc autem à Camera demandatam executionem nullius cujuſcunque ſtatus aut conditionis nec minimo facto contravenire audeat ſub banni cæteriſque in Camera & Executionis Ordinationibus , ſupraque in §. ratione modi exequendi, **wegen den** modi exequendi, ſtatutis pœnis.

§. In cauſis, quarum ſententia tantum ad omittendum vel non faciendum, & ideo executio non alia quam ut victus à certo quodam facto abſtineat, pro minima contraventione pœna deſignanda; in contravenientem non tantum cum pœnæ declaratione procedendum, ſed & brevis terminus ad præſtandam cautionem de non amplius turbando, impediẽdo, excedendo, attentando, aut offendendo ſtatuendus erit, cujus pœnæ executio juxta jam præſcriptum modum per mandata executorialia Magiſtratui, aut Directori Circuli committenda veniet; contraveniens eam aut in termino non cavens, ideoque banni reus alias in Imperii Conſtitutionibus Cameræ, Executionis & his Ordinationibus ſtatutas pœnas exſpectabit; in hac tamen banni declaratione à Camera ejus Ordinationem & Imperii Receſſus obſervari volumus, cæterum de modo & ordine in bannum declarandi

randi proximis prorogatis Comitiis juxta inſtrumentum pacis deliberabimus & certi quid ſtatuemus.

Quia querelis quandoque auditis, quod Ordinum Imperii tribunalia, eorumque Magiſtratus ſæpius cauſas arduas ex parte actoris præſertim externi ob prætenſam rei conventi impoſſibilitatem vel tepide vel minime expediant; Imperii Conſtitutiones de Anno 1566. & 1600. § an etiam promotoriales, **Obauch** promotoriales, &c. mederi ſcimus; hinc illis inhærentes eas à Cameræ Præſidibus ac Aſſeſſoribus firmiter cuſtodiri ac obſervari, Ordinibus vero Imperii juſtitiæ adminiſtrationem ſummæ curæ eſſe volumus.

§. Conqueſti ſunt item Status quod in Archi- & Diœceſibus Colonienſi, Leodienſi, Monaſterienſi, aliiſque locis plurimi abuſus in indifferenter à quavis ferme ſententia appellando & recurrendo ab Officiali ad Pontificem Nuntioſque ejus irrepſerint, juriſdictiones etiamnum contra Ordinationem confundantur; civiles cauſæ extra imperium ad externa tribunalia trahantur; partes cum temporis & ſumptuum jactura circumducantur, quod Nuncii ſæpius per contra Mandata Caſſatoria Camerales inhibitiones caſſare, paritionem partibus ſub gravi mulcta & cenſuris Eccleſiaſticis inhibere ſoleant; Nos vero ab eiſdem ad tollendos hoſce proceſſus Imperiali ſuperioritati & Iuriſdictioni derogantes debite requiſiti ſumus. Hinc memores Reſcriptorum & de non evocando mandatorum, quæ quondam piæ memoriæ prædeceſſor noſter Imperator Carolus Quintus ad ſtatus Imperii deſtinavit, apud ſedem Pontificiam Romæ id expediri curabimus, ut ejuſmodi illicitis in Imperio ejuſque ſubditos procedendi modis ſerio Nuntiis interdicatur contra acta aut attentata prorſus nulla ſint, atque generaliter evocationes ad forum incompetens extra imperium, ſicut in Aula Imperiali & Camera rejiciuntur; ita in

totum prohibitæ ſint; de cætero eorum quæ ſtatus de Nunciorum abſolutione à juramentis, & de hujuſmodi relaxationibus in judiciis niſi à Iudice competente ad effectum agendi fiant, neutiquam acceptandis meminerunt, recordabimur.

§. Vt etiam noſtro Imperiali Cameræ judicio, quod Nos una cum Ordinibus repræſentans novo decore & reſpectu reſtabilitur, juxta priores Imperii Receſſus & Ordinationes ſua, ut debet, autoritas, juriſdictio, & poteſtas remaneat; atque proceſſibus in eo reproductis liber continuuſque ſit curſus; Statuimus Ordinamus & Mandamus, ut omnes cujuſcunque Status Dignitatis & qualitatis noſtrum Imperiale tribunal ſupremum tam ſcripto quam ore ſive in ſive extra illud in honore & reſpectu debito ſervent, ejus decreta, mandata & inhibitiones debitè ſuſcipiant, eidem omnem obedientiam maxime in proceſſuum Cameralium inſinuatione præſtent; è contra tam in quam extra judicium frivolis aut calumnioſis actibus verbis item quæ in judicii judiciſve deſpectum cedunt, omiſſis ſua de Cameralibus decretis aut ſententiis prætenſa gravamina loco debito juxta Receſſus & Ordinationes Imperii quærant & proponant. Contra vero hæc venientes cujuſcunque ſtatus certæ pœnæ judicis arbitrio pro perſonarum & delicti qualitate ſtatuendæ Noſtroque fiſco Cæſareo perſolvendæ ſubjacebunt; repetimus item & confirmamus ea quæ in Ordinatione Camerali parte 2. tit. 35 ſancita ſunt; ut juſtitia, proceſſus cauſæque Camerales libero & continuo gaudeant curſu, in ſpecie etiam id de cauſis ante pacis tractatum in Cameram deductis, & vigore ejus articulo 3. §. quemadmodum vero tales, &c. jam reſtitutis vel reſtituendis intelligi & obſervari volumus.

§ Similiter in Cauſis ad Cameram deductis aut deducendis non alia mandata, inhibitiones, reſtitutiones, avocationes, aut ſuſpenſiones, niſi juxta

has

has & Imperii Ordinationes expediri volumus, ne exhinc cauſarum deſertio ſuſpenſiove exoriatur, contraveniens vero in pœnam decem marcarum auri partim Fiſco partim parti perſolvendam condemnandus, ea etiam quæ contra has Ordinationes per inordinatos aut intricatos proceſſus à Nobis aut noſtro Iudicio Aulico impetrata fuerint aut impetrabuntur, pro nullis habenda iiſque non attentis in jure ut debet procedendum judicandum, & judicatum exequendum veniet;

§. Cum etiam Cameralis judicii translatio in generalis pacis tractatu mentionata ad hæc Comitia rejici meruerit, Nos ideo cenſemus & Nobiſcum Imperii Status poſt maturam deliberationem huic translationi hoc tempore ſuperſedendum eſſe; Cameralium vero ſecuritas nobis curæ erit, quos omnes & ſingulos tenore Ordinationis tit. 49. p. 1. hic inque hoc Imperii Receſſu repetitæ, in noſtram & Imperii protectionem cuſtodiamque iteratim ſuſcepimus, Imperii item Ordines omnes maxime Cameralis Iudicii vicinos requiſivimus & demandavimus, Camerales per in Executionis Ordinatione mentionata media, in noſtra & Imperii protectione omni via manuteneri & conſervari, quod ſi contra ſpem, Deo avertente novi improviſi motus bella aut turbines exoriantur, Nos in tempore de ſecuritate Cameralium paterne ſolliciti ſimul Ordines de eadem monebimus, Conſules vero & Senatum noſtræ Imperialis civitatis Spirenſis ſpecialiter hiſce commonemus, ut de incidentibus arduis actionibus, à quibus Cameræ ſecuritas dependet cum Collegio Camerali fideliter communicare non ceſſent, juribus tamen ſuis & immedietate per omnia ſalvis, Et quia jus præſidium tenendi in Caſtro Philipsburg Coronæ Galliæ protectionis ergo ſumptibus tamen ejuſdem ſuſtentandum per pacem Monaſterienſem conceſſum & translatum eſt; dictum vero præſidium à Corona Galliæ juxta tenorem inſtru-

menti pacis non debite ſuſtentari Diocœſis Spirenſis hactenus cum ſummo gravamine & damno experta ſit & experiatur, talique rerum ſtatu civitas Spirenſis, incolæ, judicium Camerale cum perſonis ſuis in continuo periculo, in ſecuritate, caritate; aliiſque incommodis non ſine gravi officiorum diſtractione verſentur, atque obnoxii ſint; Hinc Nos per litteras & Legationes ad dilectum Galliarum Regem eo res has dirigere allaborabimus, ut ob has aliaſque diverſorum Statuum maxime decem Alſatiæ civitatum querelas pacis inſtrumenta omnia conformentur, quæ contra militant gravamina, in perpetuum tollantur, differentias item inter Cameram & Civitatem Spirenſem agitatas per Commiſſarios noſtros prævia confidentium nominatione terminari curabimus.

§. Adhæc ut juxta Ordinum communitionem primæ inſtantiæ Auſtregæque tam in Aulico quam Camerali judicio ſtricte obſerventur, ſicut à principio regiminis noſtri hucuſque curavimus, ita etiam poſthac idem curabimus.

§. Et cum in tractatu pacis proviſum, ut præter duos Catholicos à Cæſarea Majeſtate præſentandos Aſſeſſores ad Cameram Ordines etiam Catholici de ſibi competenti jure præſentandi viginti quatuor Aſſeſſores inter ſe convenirent, ſic deſuper his Comitiis in modum ſcematis ſequentis rite conventum eſt, ut præſententur.

ab

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Elect. | Moguntino. | 2 |
| | Elect. | Trevirenſi. | 2 |
| | Elect. | Colonienſi. | 2 |
| Catholicis | Elect. | Bavaro. | 2 |
| | Circ. | Auſtriaco. | 2 |
| | Circ. | Burgundico. | 2 |
| | Circ. | Bavarico. | 4 |

Fran-

| | | |
|---|---|---|
| *à permixtis Circulis utriuſque religionis.* | Franconico. | 2 |
| | Suevico. | 2 |
| | Superiore Rhenano. | 2 |
| | Weſtphalico. | 2 |

§. Poſthæc cum in inſtrumento pacis §. de indaganda cautum, ut Comitiis his modus, quidam ex æquo ſuccurrendi debitoribus iis excogitaretur, qui belli caſu aut uſurarum incremento facultatibus lapſi; ne jam ex creditorum querelis aut utriuſque partis litigiis novi exoriantur tumultus. Nos etiam tam ab Aulico quam Imperiali noſtro judicio geminam acceptam cenſuram Electoribus & Statibus Imperii ad ulterius ſentimentum clementiſſime communicavimus, Sic Ordines hoc puncto cum omnibus circumſtantiis per tria ſubſellia excuſſo Imperiale Nobis retulere conſultum, quo expenſo in bonum publicum, creditorum æquè ac debitorum majorem aſſecurationem, mutuamque pacem & concordiam ſic concluſimus.

Statuimus igitur ordinamus & volumus ut primo hoc ſtatuto ii tantum comprehendantur, qui belli hac tempeſtate facultatibus lapſi aut his ex nimio uſurarum curſu & penſionum incremento gravati annumerantur, qui vero penſionibus & uſuris ſolvendis ſufficientes ſunt; aut bello quidem una cum aliis læſi emunctique ſunt, aſt ſolvendo permanſerunt, & ideò obligatione tenentur, minime illis annumerentur; Adhæc rata maneant ea quæ Electores & Imperii Status in territoriis ſuis debitorum cauſæ gnari, inter ſubditos & cives deſuper ſtatuerunt, aut ex ſtatuti hujus ſuggeſtu ordinabunt; præterea ut creditores & debitores omnes ſerio admoniti atque in conſcientia tacti ex poſſibili & æquo inter ſe conveniant, niſi ex hac conſtitutione & ſtatuto alias ſervando judicium exſpectare malint, ubi tamen intactam Conſtitu-

tionem Holſteinianam & Anhaltinorum cum provincialibus debitorum ergo tranſactionem factam à nobis etiam confirmatam ſervari volumus.

§. Quantum ad capitale ſors intacta creditori maneat nullo præſcriptionis aut neglectæ interpellationis beneficio attento, neque ſortem repræſentabilem ante triennium de dato hujus Imperii Receſſus computandum exigi volumus, ubi vero creditor ſortem tum exiget, liberum eſto debitori in proximo ſeptennio ſortem particulatim tot quot conventum vicibus, aut ſeptenis tantum expungere; in defectum etiam nummorum mobilia vel immobilia, (ſalva electione debitoris juxta jus Commune) ex æquo æſtimata ſubſtituere licebit; Debitor vero prodigus ſolvendi ſpem amputans particularis ſolutionis & moræ beneficio non gaudeat; niſi via alia creditori periclitanti ſatis cautum eſſe poſſit; debitori etiam facultatibus exuto ſtatutum hoc de ſorte ſalvo utique judicis arbitrio haud obeſſe, belli quoque clade obligationes exactas inſtrumento pacis conformari volumus.

§. Vſuræ ceſſæ & ad hunc uſque Imperii Receſſum reſtantes ex cauſis & remediis compluribus conſiderato tum imperii tum creditorum ac debitorum ſtatu ad quartam partem reducantur, creditor tamen de hujus partis impoſſibilitate docens audiatur, ſecundo ex eiſdem cauſis ne debitor ultra vires gravetur, ad majorem creditoris aſſecurationem de quartis prædictarum uſurarum partibus poſt decennium à die hujus Receſſus ſic perſolvi volumus, ut præter currentis anni penſum etiam præteritum unum infallibiliter, perſolvatur adusque totalem præteritorũ ſatisfactionem; ſorte ante decennium completũ expuncta reſiduum dictæ 4. intra 3. quatuorve annos proximos debitor perſolvat obligatione eouſque à creditore retenta;

§. Vſuras ſive ex cenſu redimibili ſive ex ſorte numarata deſcendendentes tenore Conſtitutionum Imperii viceſimas ab hoc tempore annuatim perſolvi

perſolvi in termino volumus, moroſus debitor ad id parata executione ad obligationem intellectam compellatur, ad ſervandos tamen æquitatis limites & præcavendam in rebus planis intricationem excipiantur primo jam tranſacta, niſi de poſteriori clade debitor doceat; ſecundo judicia & executiones abſolutæ; tertio de ſortis & uſurarum ſolutione facta nihil revocandum, quarto lytra, redemptiones incendiorum, corporis, vitæ, ædium, bonorum, debita item ad militarem ſatisfactionem contracta exceptionibus ad jura communia remiſſis eximenda venient; quinto credita pro refectione rerum jam reſtitutarum & fructuariarum conflata; ſexto quæ alieno nomine ex fidejuſſione ſoluta, vel extra imperium ſolvenda, reſtant; de eo modo ſolutis non aliter uſuras exigere licebit, quam in ſuperioribus cautum eſt; Septimo cauſæ piæ & privilegiatæ judicis ſubſtent arbitrio.

§. Sanctionem hanc omnino ſervari volumus, non obſtantibus quibuſcunque moratoriis poſthac nunquam dandis.

§. Verum Electore Palatino graviter & ſuppliciter nobis atque Ordinibus monſtrante imparem ſuam cum Statibus conditionem, ac petente ut per ſpecialius remedium afflicto ſuo ſtatui ſubveniretur, mandavimus Curiæ noſtræ Imperiali quaſcunque vias & media excogitari, quomodo ulterius eidem provideri, Ordinum etiam admonitio quantum licuerit, obſervari poſſit;

§. Et cum de evacuanda Vecta hiſce Comitiis tam inter Ordines ſeparatim, quam cum Commiſſariis Suecicis variè actitatum atque etiam ſub dato Ratisbonæ de 12. & 22. Martii Receſſus quidam erectus ad Moguntinenſem Cancellariam depoſitus ſit, tandem ob bonum publicum Nobis Ordinibuſque placuit, & Epiſcopo Monaſterienſi cœteriſque ad dicti loci præſidium contribuentibus datum eſt, ut quas pecunias pro ſatisfactione militiæ Sueciæ hactenus Circuli ſolvere diſtulerunt

runt, per viam executionis colligant, nomina cum intereſſe convento contrahant, quæ per moroſos tantum Ordines cum omni ſumptuum & damnorum refuſione expungenda erunt, citra ullum etiam præjudicium eorum, qui vel ſolutione facta, vel juxta Norinbergenſem Receſſum compenſationis jure muniti ſunt; ſalvo tamen per omnia Norinbergenſi cautione & executione Epiſcopo Monaſterienſi datis; ſervato item quo ad alios dicto receſſu.

§. Viſum etiam fuit Ordinibus pro conſervanda in Imperio ſtabili pace & quiete ad arcendam exterorum vim & compeſcendos motus maturam ſuſcipere deliberationem, attento maxime, quod à multis jam annis & quidem uti ante ita & poſt Oſnabrugis & Monaſterii Weſtphalorum concluſam pacem diverſi incurſus violenti contra Electores Principes & Status Imperii maxime Electores, ſuperiorem Rhenanum & Weſtphalicum Circulos ab exteris bello occupatis partibus de facto tentati & peracti ſint, hiſque intolerabilibus & Sacro Romano Imperio tam damnoſis quam ignominioſis proceduris forti animo citra moram obviandum ſit, ſic una cum Statibus illis per hunc Imperii Receſſum convenimus, Ordinamus etiam & Statuimus ut in Imperii Receſſu de Anno 1555. ſalubriter erectus & annis ſequentibus, 1559. 1564. 1566. 1570. 1576. 1582. 1594. cum ſumma utilitate renovatus & auctus Executionis Ordo contra prædictos & undique occurrentes inſultus ſive motus non ſine zelo & cura gravi firmiter & inviolate loco legis fundamentalis obſervetur, in quocunque emergente caſu forti auxiliatrice manu alter ſuccurrat alteri, pro cujus meliori aſſecuratione Sacri Imperii Circulos per Principes ſuos & diſtrictus appertinentes citra moram ad ſummum à dato hujus Receſſus uſque ad primam proximi menſis Septembris media Circuli cujuſque conventione ita compleri & Ordinari volumus

lumus ut omni in caſu neceſſitatis ad primam Principis Circuli citationem illico neceſſaria mature ordinaturi ſe congregent, & conveniant;

§. Principe vero Circuli officio ſuo non ſatisfaciente, cæterorum membrorum erit vigilare debite & in cura perſiſtere; illi vero Principi Circuli cui ad Requiſitionem ſuppetiæ mittuntur, plenarium ſuper omnes erit directorium; citra tamen præſcientiam & aſſenſum auxiliatricum copiarum nil periculoſum aut capitale is attentabit,

§. Et ſicut hoc ſumme neceſſarium opus ad communem proſperitatem & firmam Imperii quietem tendit, à quo nullus Statuum aut ſubditorum eximendus; ita, omnis huic Executionis Ordini contraveniens aut deſuper in Aula Imperiali vel Camerali contendens ſtatim à limine judicii repellendus, & ad debitam paritionem compellendus veniet; in cujus defectum juxta Ordinem Executionis contra eos procedere licebit; nullo etiam ſive mediato ſive immediato ſtatu exempto; ſingulariter vero cujuſque ſtatus ſubditis pro præſidio & manutenentia locorum munitionumve alterius ſtatus, auxiliatriacem paritionem Principibus & Dominis faciendam demandamus;

§. Quem ſuperiores Imperii receſſus & Executionis Ordinatio modum & ordinem pro quovis Circulo hac in neceſſitate conſtituerunt, eundem etiamnum ſervari volumus;

§. Et etſi circulus periculo proximior ultra debitam ex ordine Executionis quotam majori ſeſe firmet defenſione, non tamen alteri circulo ultra portionem & quotam ſuam debitam ſubvenire tenebitur;

§. In circuli conventibus quo ad Ordinationem Executionem & ad eum ſpectantes defenſionis tractatus majora ſemper vota minoribus non attentis prævalebunt; Cum etiam diverſi ſtatus in ſpecie vero civitates Imperiales prædicto quanto non prius aſſentiri velint, quam in puncto mode-

rationis matricula jam concipienda reſolutio rite peracta ſit, ne ex eo neceſſarium illud defenſionis opus impediatur, hinc omni cura laborandum erit, ut ante primam Septembris ejuſmodi reſolutionis punctus ab his qui ſe gravatos ſentiunt, ſuſcipiatur & debattetur, interea tamen in contribuendis quotis hi ſeſe antiquæ Imperii matriculæ conformabunt.

§. Venit præterea his Comitiis in deliberationem, an & qualiter dictus Executionis Ordo juxta præſentem Imperii ſtatum in melius & perfectius formari poſſit, ſimiliter quomodo in Circulis qui diverſæ religionis tenent ſubditos, ratione Auguſtanæ Confeſſioni addictorum in hoc defenſionis opere petita paritas ſervari queat; & quia tempus plenariæ defuit reſolutioni, hinc ſua cuilibet Circulo ante tamen primam Septembris proximi inſtituenda conventio commiſſa eſt, in qua quicquid neceſſitate ponderata communicatione prævia ſuffragiis communibus expedire viſum fuerit, Nobis uti ſupremo capiti primo, dein ad Cancellariam Moguntinenſem referri volumus; ut proxima Imperii Deputatione aut conventu, de quo infra, latius examininari & communi aſſenſu omnium plenariè determinari, Imperiique Receſſibus inſeri ſingula poſſint.

§. Cum & Ordines Imperii pro inhibitione ad tempus conſcriptionis militum maxime in Circulis paucitate hominum laborantibus Nobis ſupplicarent; meminimus mandatorum hac in parte à Nobis cum ſtatuum conſilio jam dudum decretorum & publicatorum, quibus ſicut Imperii Receſſibus hodiedum inſiſtimus;

§. Vbi etiam inter propinquos noſtros Carolum Ludovicum Electorem & Ludovicum Philippum Simmerenſem Palatinos de Ducatibus Lautreæ & Commeriæ eorumque appertinentiis lis exorta eſt; ea vero jam per à Nobis Deputatos Commiſ-

ſarios

ſarios propinquos noſtros Moguntinum Saxonem, Brandeburgicum Electores, Epiſcopum Eychſtetenſem Wirtembergiæ & Holſatiæ Duces vigore Commiſſionis datæ in præſentia Moguntini Electoris terminata & compoſita ſit; prout erecta deſuper tranſactio de dato Ratisbonæ 22 Novembris / 2 Decembris Anni 1653. latius edocet, ejuſque confirmationem Nos ut Romanorum Imperator placidavimus, Hinc in omnibus ſuis punctis Clauſulis, & in totum ſic eam cuſtodiri & obſervari volumus, quaſi huic Receſſui de verbo ad verbum inſerta eſſet;

§. Poſtquam & in inſtrumento pacis Oſnabrugo-Monaſterienſis Anno 1648. art. 15. §. finali, ad ampliorem Imperii tranquillitatem communi Ordinum placito probe conventum, ut in domo Haſſo Caſſellana & Darmſtatina introductum, à Nobis etiam ac prædeceſſoribus confirmatum jus primogenituræ inviolabiliter cuſtodiatur; atque jam poſt concluſam & publicatam pacem in domo Haſſo Caſſellana, Darmſtatina, & Homburgica denuo exortæ controverſiæ, his etiam Comitiis propoſitæ, per Nos terminatæ & definitæ, in ſpecie autem in domo Haſſo Caſſellana inter Principes Imperii Wilhelmum Fridericum, & Erneſtum propinquos Landgravios Haſſiæ Principes Hirsfeldenſes de jure primogenituræ, juriſdictione territoriali, aliiſque prætenſionibus graves differentiæ exortæ, atque has omnes & ſingulas Nos imperiali noſtra ordinatione ad præcavenda omnia ex hinc pertimeſcenda pericula per Mediatorem Electorem Moguntinum, Deputatoſque ad id Conſiliarios noſtros intimos & Commiſſarios hoc Imperii conventu cum utriuſque partis placito ex fundamento amice compoſuerimus & tranſegerimus ſub hoc quidem

receſſu

receſſu, ut hæc tam laborioſe compoſitio concluſi cum articulis omnibus & ſingulis in hoc Imperii Receſſu in vim ſanctionis pragmaticæ & legis publicæ inter contrahentes eorumque hæredes confirmaretur & ſtabiliretur;

§. Hinc nos jam dictam Compoſitionem, pro ut Ianuarii currentis anni 1654. hic ſuſcepta & concluſa fuit, tenore ſuo integro cum omnibus clauſulis ut dictum hiſce confirmamus & ſtabilimus, taliter, ut ea inſtar ſanctionis pragmaticæ, perpetui ſtatuti & pacti gentilitii in Ducali domo Haſſo Caſſellana tam ab intereſſentibus eorumque hæredibus maſculis, quam eorum ditionibus, Vaſallis & ſubditis undique ſingulariter in Imperii cæteriſque judiciis & Auſtrægis firmiter & inviolatè cuſtodiatur, obſerveturque, nec quiſquam in ſive extra jus quippiam in contrarium attentare audeat ſub gravi Noſtra & Imperii indignatione, & pœna quingentarum marcarum auri puri;

§. In quo puncto ſæpe memoratum pacis inſtrumentum ad ampliorem Imperii tranquillitatem & bonam intelligentiam deinceps tam in Ducali domo Haſſo Caſſellana, quam Darmſtatina firmiter & inviolatè ſub ſtatutis eodem inſtrumento in contravenientes pœnis cuſtodiri & obſervari volumus.

§. Alterum caput Cæſareæ propoſitionis cum annexo caſu reſtituendorum ex capite Amneſtiæ & gravaminum exemplo aliorum punctorum in præſentia noſtra explanari optaveramus, ſed quia in his caſuum particularium natura, atque probationum aut argumentorum hinc inde neceſſaria productio obfuere; Viſum fuit Nobis & Imperii Ordinibus; hæc puncta in ſpecialem Deputationis conventum ad diem primam Octobris anni hujus Francofurti inchoandum rejicere, his etiam rejicimus & remittimus, eatenus tamen, ut in hoc Deputationis Conventu hac vice tantum (proximis enim prorogatis Comitiis latius deſuper conſulturi)

ſulturi) in Collegio Electorali inter tres Auguſtanæ Confeſſionis & Proteſtantes Electores votum alternativum obſervetur; hiſce etiam jam ante 21. Aprilis propoſita ſub Deputatio ſublata ſit; Ordinarii item Deputati (in quem finem Nos Commiſſarios noſtros Cæſareos ſpecialiter deputabimus) hæc ſupradicta puncta ordine caſus vero inter Catholicæ & Auguſtanæ Confeſſionis ſtatus pendentes alternatim ſuſcipiant, ad quæ omnia in cognoſcendo, decidendo, & executionem decernendo plenario mandato gaudeant; Nos adhæc eorum, quæ eo modo decernentur, executionem his, quibus ex inſtrumento pacis, exarctioris exequendi modo, & proxima Ordinari Deputatione competet, citra moram aut cognitionem cauſæ ullam clementiſſime demandabimus, & actu expediri faciemus, atque in his caſibus liquidis Deputati cognitioni haud immorantes executionem indilatè expedient, in illiquidis vero liberum ſit partibus, an ipſi an per procuratorem Memorialia ſcriptave ſua exhibendo Deputationi ſe præſentare malint; Deinde petita reſtitutionis requiſita, & quod caſus Inſtrumento pacis Cæſareæ Executionis, Edicto, arctiori exequendi modo, Norenbergenſi Receſſui, aut caſus per pacis inſtrumentum non mutatus Religionis Tractatui conformis, conſequenter in puncto reſtitutionis ex capite Amniſtiæ vel Gravaminum qualificatus ſit, probari oportebit; circa caſus dubios ut qui ex inſtrumento pacis interpretari deſiderant, primo amica compoſitio tentanda veniet; ſin ſecus in proxima Comitia rejiciantur; circa modum Moguntinenſe Imperii Directorium Norinbergæ vel hic jam propoſitos aut in futurum occurrentes caſus ſpecificabit, & Ordinariæ Imperii Deputationi communicabit, ut de his ordine certi quid ſtatuatur; cum in cauſis politicis majora ſervato pacis inſtrumento prævalere velimus; & ſi quid eatenus expedire viſum, atque terminatum fuerit, id per

Com-

Commiſſarios illos noſtros ut conſuevit ad certum concluſum redigatur, idem in cæteris Imperii Defenſionis, Executionis & Policiæ Ordinationibus ad eundem Deputationis Conventum rejectis præparatorie ſaltem tractandis & in Cenſuram redigendis, aſt poſtea in prorogatis Comitiis ad communem conſenſum referendis punctis obſervandum erit;

§. Quæ circa materias prædictas in Deputatatione Ordinaria incident, atque ſine noſtro communique Statuum concluſo definiri nequibunt illa cum nondum ob temporis brevitatem expeditis ad proxima Comitia dif- & referimus quæ Nos hiſce cum Statuum conſenſu hac vice (citra tamen præjudicium Electorum) prævia eorum requiſitione & conſenſu ad hæc reaſſumendum & continuandum intra annos duos à dato, in ſpecie ad comparendum hoc in loco decima ſeptima Maii Anno milleſimo ſexcenteſimo, quinquageſimo ſexto, ad conſultandum pro communi bono, ad decidendum nondum deciſa ſine ulteriori convocatione Ordinamus & promulgamus taliter, ut his prorogatis Comitiis inexſpectata ulteriori propoſitione formali omnes & ſingulæ materiæ per pacis tractatum ad hæc Comitia remiſſæ cum tribus punctis ſpecialiter Cæſareæ propoſitioni inſertis, ſit de eis hic actum vel non, etiam cum Electionis Capitulatione juxta pacis inſtrumentum à dictis tribus Imperii conſeſſibus illico reaſſumantur ponderentur, & determinentur eo quidem effectu quaſi hæc Comitia definiiſſent aut terminaſſent; interea vero temporis incidentes materias & conſultatione dignas Nos Statibus communicari faciemus, ut ſuos deſuper pro neceſſitate inſtruere cuique liceat.

§. Statuimus adhæc & ordinamus, ne quis Ordinum in parem aut ſubditos de religionis cauſa contra hanc pacem vim vel in minimo paret, ſed coram judice de prætenſo ſuo jure contendat, ſecus

gravatis

gravatis per mandata inhibitoria petitione prævia ſuo loco ſubveniri volumus;

§. Et cum inſtrumentum pacis Electorali Collegio & Principum, civitatumque Ordinariis Deputatis, ſcilicet Auſtriæ, Burgundiæ, Wurtenbergiæ, Conſtantiæ, Monaſterienſis, Bavariæ, Brunſcvvigiæ, Pomeraniæ, Haſſiæ, Weingartiæ, Furſtenbergiæ, Coloniæ & Norinbergæ tot etiã ex aliis Principibus ac Statibus velit aſſociari, ut ex utraque religione par ſit Deputatorum numerus; hinc nos cum Statibus in hæc convenimus, ut deinceps Saxo Altenburgicus, Brandenburgo Culmbacenſis, Mecklenburgicus, Wurtenbergicus, unus item ex Comitibus Wetteraviæ atque recens quatuor ordinatæ civitates Aquiſgranum, Vberlinga, Argentina & Ratisbonna ſupradictis adjungantur, hi etiam Status omnes haud exſpectata Electoris Moguntini convocatione in termino prima Octobris Francofurti compareant peracturi id quod ſupra mentionatum eſt;

Ad meliorem & celeriorem indeciſarum & dilatarum cauſarum, ſingulariter vero earum, in quibus informari à Circulis Nos oportet, in proximis Comitiis faciundam expeditionem, Nos interea, ſicut cum Statibus convenimus ad ſingulos Circulorum Principes Directores Memorialia deſtinabimus ut quiſvis Circulus in puncto moderationis matriculæ informationem concipiat, ea in re Receſſum Imperii de Anno 1582. ſervet, ratione item monetæ probationis diem inſtituat & celebret, de his etiam duobus punctis conceptam informationem, Nobis & Electori Moguntino in tempore communicet, quæ vero ad bonam politiam expedire viſa fuerint, ea ad ordinarium dictæ Deputationis conventum Francofurtum tranſmittat;

§. Ad reconciliandas inter Status hoc Imperii

xii conventu de ſeſſione exortas differentias, quia componi inter eos nequiverunt, volumus, ut nulli Principi Prælato, Comiti, vel Statui ſua in his Comitiis obſervata ſeſſio, vel Receſſus ſubſcriptio præjudicet, aut damnizet, verum Nos hunc ſeſſionis punctum inter eos omnibus convenientibus mediis conponere, vel ex æquo terminare allaborabimus.

§. Poſthæc Nos eos, qui ſuperioribus Comitiis ex Ordinum conſenſu in Principum Collegium aſſumpti, aſt ob non impletas eo tempore ex Directorio Moguntini propoſitas conditiones nondum introducti fuere; his Comitiis ad actualem ſeſſionem & votum cum unanimi Statuum conſenſu aſſumpſimus, & introduximus hos ſcilicet Illuſtriſſimos Eleutherium Fridericum Hohenzolleranum; Ioannem Anthonium Ducem in **Crumaw**, Principem in **Eggenburg**; Wenceslaum Principem & Regentem domus Lobkovits cum hæredibus ſuis, adimpletis tamen prius dictis conditionibus; Illuſtriſſimos adhæc Principes Leopoldum Philippum Carolum Principem de Salm, Maximilianum Principem de Dieterichſtein, piæ item memoriæ Ioannem Ludovicum Principem de Naſſavv Hadamar, ejuſque hæredes; Octavium Principem de Piccolomini, Ducem in Amalfi; præterea ex domo Naſſovica illos, qui poſt jam dictos Principes à Nobis tenore reſolutionis noſtræ 26. elapſi mēſis Februarii Electorum & Principum Collegio communicatæ ad principatum evecti ſunt, prout & Ioannem Wickardum Principem de Averſberg; ea conditione nos introduximus, ut quos jam ante debitarum præſtationum complementum, & nondum immediate in imperio poſſeſſionatos ob præclara merita juxta tamen declarationem Directorio Moguntini communicatam hac vice admiſimus & introduximus, nemo cujuſcunque

cunque ſit Status, ullo tempore vel pro exemplo, vel præjudicio allegare, aut in conſequentiam trahere præſumat; hoc etiam voti & ſeſſionis beneficium ad ſupradictorum hæredes ac ſucceſſores non prius extendatur, quam immediatis in Imperio pro Principe bonis ſibi providerint; atque deinceps nullus niſi præſtandis actu præſtitis, & dicta poſſeſſione prævia & cum Ordinum con- & aſſenſu ad ſeſſionem & votum in Collegium Principum admittendus veniet; Omnia hæc & ſingula ut ſupra ſcripta atque nos Imperatorem Ferdinandum tertium reſpiciunt, ſub Imperiali Noſtra Majeſtate & verbo, firmiter, inviolate, ſincere & ex fide Nos obſervaturos, & adimpleturos dicimus, promittimus, inque hujus fidem Receſſum hunc Noſtro Imperiali ſigillo communiri fecimus.

§. Et Nos Electores, Principes, Status, & abſentium Deputati Conſiliarii, Nuncii & Legati per hunc Receſſum fatemur, omnia & ſingula puncta atque articulos uti in ſcriptis, extant, noſtra ſcientia, voluntate, & conſilio ſuſceptos, ac definitos eſſe; probamus etiam omnia, & ſingula his literis, dicimus etiam ac promittimus Nos dicta puncta, in quantum quemque aut cujuſque miſſi vel Deputati Priucipalem reſpiciunt, vel reſpicere poſſunt, in fide integra firmiter, inviolate, & ſancte omnibus viribus cuſtodituros, adimpleturos, & obſervaturos.

(*)

## Proteſtatio Illuſtriſſimi D. Archiepiſcopi Piſani Nuncii Apoſtolici.

*Ego Scipio de Comitibus Ilcii Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Piſanus per Germaniam & Sacri Romani Imperii diſtrictum cum Facultate Legati de Latere Nuncius.*

CErtior factus in Receſſu ſeu conſtitutionibus poſtremorum iſtorum comitiorum inter alia Inſtrumentum pacis in tractatibus generalibus Monaſterii & Oſnabrugi, quondam celebratis concluſum & publicatum nunc denuo ab Electoribus, Principibus & Statibus Imperii ipſique Cæſareæ Majeſtati ratum & gratum fuiſſe habitum ac confirmatum repeto ac revoco omni meliori modo via, jure & forma quibus pro officii mei ratione firmius & validius poſſum ac debeo omnes & ſingulas contradictiones, oppoſitiones & proteſtationes adverſus dictos tractatus & inſtrumentum pacis quandoque factas & interpoſitas cum ſingulis ſuis tenoribus tum per Nuntios Apoſtolicos nominatim Monaſterii Weſtphalorum, tum per Epiſcopos & quaſcunque alias perſonas Eccleſiaſticas quomodocunque nuncupatas in ſpecie vero & præ omnibus Apoſtolicum Breve Sanctiſſimi D. N. D. Innocentii Papæ X. ſub Annulo piſcatoris 26. Novembris 1648. emanatum jam denuo inſinuatum eſſe volo iterumq; nomine ſuæ Sanctitatis & S. Sedis Apoſtolicæ proteſtor ſolemniſſime uti prius cõtra omnia puncta & articulos illius inſtrumẽti quatenus in præjudicium Religionis Catholicæ Romanæ Eccleſiæ & aliorum inferiorum jurium immunitatis libertatis & privilegiorum Eccleſiaſticorum directe vel indirecte cadere poſſunt ita nunc contra ratificationem, confirmationem

&

& innovationem ejuſdem Inſtrumenti pacis aut ſi quæ nova Conſtitutio in quacunque tandem materia Eccleſiæ juriſdictionis immunitatis libertatis condita aut publicata fuiſſet receſſui horum Comitiorum inſertus tanquam invalidus nullus, & improbatus atque hac ratione cum alia hoc tempore non poſſim eaſdem impugno & conſervare intendo S. Catholicæ Religionis integritatem Romanæ Eccleſiæ auctoritatem ejuſque & aliarum inferiorum perſonarum jurium & bonorum immunitatem & libertatem præſenti ſcripturæ tenore manu mea ſubſcriptæ & ſigillo munitæ. Ratisbonæ die 17. Maii 1654.

*S. Archiep. Piſanus Nuncius Apoſtolicus,*

Regiſtrata in Cancellaria Moguntina 21. Maii 1657.

---

*Proteſtatio Sereniſſimi Archiepiſcopi & Electoris Colonienſis Ratisbonæ 8. 18. Iunii 1653. hora octava matutina Imp. Rom. per Illuſtr. DD. Comitem Egonem de Furſtenberg exhibita atque in ipſo actu Coronationis eodem die præſente Imperatore coram altari per D Cancellarium Buſchman hora duodecima repeeita;*

CVm Sereniſſimus & Reverendiſſimus Princeps & DD. Maximilianus Henricus Dei gratia Archiepiſcopus & Elector Colonienſis, Comes Palatinus Rheni, utriuſque Bavariæ & ſuperioris Palatinatus Dux in jure Regem Romanorum Coronandi ſuæ Electorali Celſitudini competente & in Aurea Bulla tit 4. confirmato jam per actum mere turbativum ac violentum turbetur, & impediatur, eo quidem prætextu, quaſi priores quidam Romanorum Reges per pro

tempore Moguntinum Electorem coronari; ac exinde Reverendiſſimus jam Elector pro tempore Moguntinus in poſſeſsione juris coronandi conſtitutus eſſet; illi vero Coronationis actus in cauſa plane diſpari Electoribus nimirum Colonienſibus tum in Epiſcopos non conſecratis evenerint, atque ideo Sereniſsimæ ſuæ Electorali Celſitudini ad hoc munus jam ſat qualificatæ nulla illatio aut conſequentia objici queat, attento, quod tam ab inſtitutionis Aureæ Bullæ, quam immemoriali ante eam tempore nullus inveniri poſsit caſus, quo Coronatio Regis Romani per alium, quam Electorem Colonienſem, modo qualificatum, peracta ſit, Hinc merito contra hanc vim & turbationem hiſce per expreſſum proteſtari atque ſibi omnia ſervientia & licita remedia reſervare neceſsitatur; prout hiſce declarat per hunc actum turbativum Reverendiſsimo Electori Moguntino ſe nullam poſſeſsionem aut jus concedere, tribuere, aut agnoſcere, quin potius eundem pro expreſſa Aureæ Bullæ contraventione cenſendum, habendum, & declarandum eſſe.

---

*Proteſtatio & Reſervatio Cæſareæ Majeſtati & glorioſiſſimo Electorali Collegio à Sereniſſimi Electoris Brandeburgici Legatis* 8.18. *Iunii* 1653. *intimata;*

CVm differentia quædam circa inſigniorum prælationem ad imminentem Regiæ Romanæ Majeſtatis Coronationis actum in Collegio Electorali occurrerent, & pars una hæreditarios Vicarios ſeu ſubſtitutos inſignia præferre oportere ſuſtineret, Nos econtra Electoris Brandeburgici Legati tam inviolatam obſervantiam, quam cum Dominis Comitibus Hohenzolleranis uti here-

hæreditariis Imperii Camerariis ante hæc tempora conventionem initam allegaremus, quod præferre ſceptrum domus Electoralis Brandeburgicæ inſigne ejuſdem Legatis competat & incumbat;

§. Conventioni quidem huic omnino ſtandum, & Electorali Celſitudini Domino noſtro Clementiſsimo, ejuſque Legatis hac in parte nullum impedimentum exoriturum ſperaveramus, attento quod exinde nulli Electorum in jure, præeminentia aut munere hæreditario vel minimum creetur præjudicium.

Sed quia per cæteros Dominos Electores allegatum, quod per noviſsime in Electorali Collegio initam conventionem (à nobis tamen Electoris Brandeburgici Legatis non niſi ſub ſpe rati acceptatam) aliter per unanimia placidatum, ut inſignia non per Electorum Legatos ſed Vicarios ſive ſubſtitutos hæreditarios præferantur; Singulariter etiam Bavariæ Electoris Legati ſeſe declararunt, quod tam in genere quam hoc paſſu conventioni noviſsimæ ſtandum eſſe à Clementiſsimo ſuo Domino in mandatis & commiſsis haberent;

Reverendiſsimus adhæc Elector Trevirenſis, & Saxoniæ Electoris Legati, cum reſpective de antecedendo & ſubſequendo gravatos ſe quererentur noviſsimo receſſui inhærendum expreſſe declararunt; Sic nos pro evitanda confuſione ac dilatione imminentis Coronationis actus, ut hac vice ſceptrum per Vicarium hæreditarium præferatur, admittere debuimus; Hiſce tamen ſolemniter, publice & cum reſervatione proteſtamur, quod per hunc neceſsitatum conſenſum nec à Sereniſsimæ Celſitudinis Mandato nobis Clementiſsime dato diſcedere, nec quicquam de jure ſuæ Celſitudini vigore Archimuneris competente remittere intendamus, minus etiam hic in fieri actus Seren. Celſitudini Domino noſtro Cle-

Clementiſsimo in præjudicium verti, vel contra domum ejus Electoralem ullo tempore allegari debeat;

Poſteaquam etiam Dominorum Electorum menſæ pro regalibus lautitiis inſtructæ eo ſint ordine collocatæ, ut pro Sereniſsimo Electore BrandeBurgico inſtructa menſa, à Cæſarea Majeſtate Veſtra numerando ordine quarta ſit, Sereniſsimi vero Electoris Palatini menſa ad ſiniſtrum latus à Veſtra Cæſ. Maj. ordine tertium locum obtineat, & tamen ex inſtrumento pacis conſtet Sereniſſ. etiam Elector Palatinatus, ſe octavum in Collegio Electorali profiteatur, eique ideo locus ultimus, aſt Electoti Brandeburgico penultimus inter Electores debeatur locus, & conſequenter Veſtræ Cæſ. Majeſtatis menſam Electoris Brandeburgici propius quam Palatini Electoris menſa attingere debuiſſet;

Hinc nos hiſce per expreſſum reſervare voluimus & volumus, quod per hunc ordinem & collocationem menſarum Sereniſsimo Electori Domino noſtro Clementiſsimo nihil de competenti ſuæ Celſitudini reſpectu Sereniſſ. Electoris Palatini precedentia, aut iis, quæ inſtrumentum pacis reſpectu octavi Electoratus & conſequenter poſtremæ ſeſsionis ac loci ordinavit, decedere, derogareve debeat;

Preter hec Veſtram Ceſaream Majeſtatem in omni ſubmiſsione humillime rogamus, hanc proteſtationem & Reſervationem noſtram Clementiſsime acceptare, eam ad acta regiſtrari, deſuperque documentum inſinuationis nobis gratioſe communicari, gratioſiſsime demandare non dedignetur. Quam hiſce protectioni Altiſsimi ad fœliciſsimum & florentiſsimum Imperiale incrementum ac augumentum, Nos vero in Ceſareæ Majeſtatis Veſtræ tutelam & gratiam cum omni ſubmiſsione & humilitate recomdamenmus, manentes interim, &c.

F I N I S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-360645-p0109-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-360645-p0110-7

~~5 4/10~~

4

101 869

(1/2)

X 2612664

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-360645-p0112-9

2a

ACTATUS

# ORICO-
# LITICI,

UIBUS

CRI: ROMANI

PRÆSENTIUM

# VROPAM

I HISTORIARUM

novissimorum

ognitio, omnibus Arca-
ocatiæ: Amatoribus
nè neceſſaria
ducitur.

*rio Materiarum*
*enti pagina.*

ONIÆ,

ANTONII KINCHII,

o 1657.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-360645-p0113-4